Lettart


BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
2 C
55


ROMA



DE PROPRIETATE ET DIFFERENTIIS

Latini sermonis tractatus.

EX

Veterum Latinæ Linguæ Auctorum scriptis diligenter collectus & secundum Alphabeticum ordinem digestus.

PER

M. Bernhardum Widemannum Ambergensem Palatinum.






Excudebat Iacobus Stoer.



M. DCII.





EXIMIÆ INDOLIS AC SPEI adolescentibus, IOSEPHO LANGIO, & IOSIÆ GLASERO Argentinensibus, Curiæ Quartæ discipulis.

M. Bernhardus Wideman *Ambergensis*



S. P. D.



I VERVM est optimi Adolescentes, quod omnes semper existimauêre docti, & sani iudicij homines, nihil esse quod Adolescentes ingenuos, ac liberaliter educatos, maximéque eos, qui ad

loquẽdi facultatem puram ac propriam accedere velint, vel erudire, vel ornare magis posſit, quam vocum cognatarum, quæ ſignificatione diſtinguuntur, ac diſcrimi nantur cognitionem: nõ impro bandus eorum conatus eſſe videtur, qui adoleſcentibus, ſub Pręceptoribus adhuc diſcentibus, gratam aliquam operá eiuſmodi vocibus cum colligendis tum certo digerendis ordine præſtant. Etenim Cicero, qui hoc quidem in genere, omnium doctorum conſenſu præſtantiſsimus eſt, multum referre, inquit, pueros à primis ſtatim annis ad proprietatem vocabulorum aſſuefieri: quorum cùm indagatio varia ſit, ac multiplex, in tanta diuerſorum auctorum, qui

propter

propter cognitionẽ rerum euoluendi sunt, multitudine accidit, vt inter scribendum & loquendum de significatione & proprietate, an hoc vel alio accipiatur modo vox, dubitatio exoriatur, quæ sæpe rudioribus plurimum laboris facessit, atque negotij. Itaque Clarissimorum virorum. D. Doctoris PHILIPPI GLASERI piè in Christo nuper defuncti: & inprimis. D. Magistri IOSEPHI LANGII, parentum vestrorum, meorum patronorum obseruãdorum monitis adductus, veteres illos Grammaticos, qui de proprietate, & differentiis Latini sermonis scripserunt: ante hoc tempus à clarissimo viro DIONYSIO GOTHOFREDO I. C. collectos, in

manus ſumpſi, eóſque ordine alphabetico digeſtos, cum bonarum artium ſtudioſis communicare volui. Hunc autem meum laborem, cum ſtudiis veſtris, qui linguæ Latinæ elementa mediocriter percepta & cognita à Præceptoribus habetis, vtile fore putarem: vt facilimè rationem, ſi quando vocabuli dubitatio oriatur, exigere poſsitis: veſtris peculiariter inſcribere nominibus placuit: tum propter eximiam illam indolem, quam in hac veſtrâ tenellâ ætate elucere cernebam: tum propter parentum veſtrorum benignitatem erga me declaratam: vt debitam viciſsim, iuſtámque gratiam exhiberem. Non quidem quod tenui hoc chartaceo munere bene-

neficiorum mihi pręstitorum, minimam partem me assequi posse, putarem: sed vt saltem qualemcũque animi grati significationem declararem. Accipite ergo hũc libellum quẽ offero, animis promptis ac beneuolis: & lectione diligenti atque assidua vobis notum ac familiarem reddite. Quo sanè fiet, vt percepta Latinæ linguę pura & solida cognitione, paratiores ad disserendi ac dicendi artes cæteráque Philosophiæ studia accedere, & spem de vobis conceptam implere aliquando possitis. Valete Argentinæ 4. Ianuarij Anno 1602.

***

AVCTORES

Ex quorum monumentis dictiones Latinæ linguæ petitæ sunt.

Cornelius Fronto
Nonius Marcellus
Agrætius
Ælius Donatus
Fl. Sosipater Charisius
Q. Asconius Pædianus
Marius Seruius Honoratus
Sex. Pompeius Festus
M. Terẽtius Varro
Q. Terẽtius Scaurus
Laurentius Valla
Agellius
Cicero
Horatius
Pacuuius
Plautus
Virgilius
Cornelius Tacitus
Liuius
Seneca
Iul. Scaliger
Thomas Treigius
Rodolphus Goclenius.

EPI-



EPIGRAMMA

AD

M. Bernhardum Widemannum Ambergensem M. Thomæ Ahenarij Colmariensis.

*Qvid VV*IDEMANNE *tuum prælo committere partum*
Addubitas? profer quod malè condis opus.
Anne Theonino rodentem singula Momum
Dente times? Critici ne vereare manum.
Magnorum ille etiam lacerat monumenta virorum
Quorum vel toto nomen in orbe viget.
An quia paruum ideo luctaris prodere luci.
*Nil breuitas moueat te VV*IDEMANNE *libri.*
Aestimat vt pretio sapiens non pondere gemmas,
Vtilitate probat sic quoque mentis opus.
Accelera dubiæ tandem prodesse iuuentæ
Quæ multis tricis voluitur atque apinis.





AD LECTOREM,

Iosephus Stoer Geneuensis:

Qui cupis Ausonij ritè inclarescere cultu
Eloquij, & Latio reddere verba sono.
Hunc lege perdoctum iuuenis studiose libellum,
Qui Latia in medium verba referre docet.
Quippe hic ostenditque phrases, & verba ministrat,
Eloquium docti quæ Ciceronis habet.
Quæque tenet sapiens reliquorum turba virorum
Qui Latium studijs excoluere suis.
Quod si certa tuis hinc surgere commoda Musis
Cernes: pro docto munere gratus eris:
Nempe feres grata VVIDEMANNI *voce labores:*
Queis tibi, queis voluit consuluisse alijs.



Abdu-

[redacted] A [redacted].

Abducimur quo nolumus, *Ducimur* quo volumus. Donatus.

Abducimus vide *Ducimus.*

Abgregare eſt à grege, *Adgregare* ad gregem ducere, *Segregare* ex pluribus gregibus partes ſeducere, vnde & egregius dicitur, à grege electus. Sext. Pompeius.

Abitum ſine aſpiratione de abſceſſu ſcribis. Agræt.

Aborſus ille dicendus eſt, qui & in primis menſibus, cum conceptui exordium factum eſt. *Abortus* propè tempus pariendi, tūc enim moritur, quod naſcitur. In plurimis hoc reconditum inueniemus. Non. Marcell.

Abnuo, nego & ſubtraho

Abſoluere vide *Tranſigere*

Abſpulſus eſt ab aliquo pulſus, *Repulſus* retrò pulſus. Cornel. Front.

Abſtinere & *Continere* ita differunt *Abſtinemus* à pecuniâ: *Continemus* à cupiditatibus & à libidine. Sed Scaliger

abſti[redacted]ro co[redacted] dicii, cum defin[redacted]udicitiam co[redacted]ſtantem abſtinentiam à Venere prohibita. *Caſtitatem*, conſtantem abſtinentiam à quacunque Venere. Saliger lib poetices.

Abſurdum vide *Ineptum.*

Abuti vide *Vti.*

A capite dempta quæ vocant, malè appellant, quod ſunt *de capite dempta*, non à capite, *Ad caput additum* rectè dicitur ſi eſt extra caput quod additur. Scaurus.

Acedia, ab *Inuidia* differt, quia *Inuidia* eſt de bono alieno. *Acedia* verò de proprio. Nec placet opinio eorum, qui ſcribunt per c geminatum, cum breuiet primam ſyllabam. Donatus.

Accedo tibi, eadem tecum ſentio.

Accedo te, id eſt, ad te venio. Flo. Soſi pat.

Accedere eſt proximum fieri: *Aſpirare* in eam partem, qua quid quæſitum eſt, vultum & oculos, ac ſpiritum oris aduertere. Itaque plus eſt & ἐμφατικώτερον, quàm accedere. Goclenius in obſerua-

seruatione Latinæ linguæ.

Accersi dicitur vxor ad maritum, *Abduci* à marito ad diuortium. Virgilius

Et gremiis abducere pactas. Donat.

Accersit qui vocat, *Arcessit*, qui accusat. Sic Cicero. Nos capitis arcessere. Agræt.

Accipere vide *Sumere*

Accipi vide *Deponi*.

Accommodare vide *Commodare*.

Accusator verus intelligitur, qui reiicit malos: & retinet bonos. Qui verò contrà facit, vt sit impedimento cæteris, astúque tegat, de hoc intelligitur, quod *Præuaricator*. Ascon.

Acerbum quod fit in personam. *Iniquum* quod in legem. Donatus.

Acerosum & Aceratum, vtrunque nouè positum, sed distanti proprietate signatum. *Acerosum* namque panem farre minus purgato, nec sordibus à candido separato dicendum veteres putauerunt. Lucillius lib. 25.

Quæ gallam bibere ac rugis conducere ventris Farre aceroso, oleo decumano pane coegit. Hunc Græci ὑπόπυρον

vocant. *Acerosum* verò est lutum paleis mistum vt laterariis vsus est. Lucil. lib. 10.

Non laterem qui ducit, habet nil amplius vnquam

Quam commune lutũ è paleis cœnumque acerosum. Non. Marcel.

Acerus mobilis est: *Acerbus* immaturus, *Asper* in moribus & in signis. Agræt.

Acuere & *exacuere* præpositione differũt, Acuere rem. Cornel. Front.

Acus dicitur, qua sarcinatrix vel etiam ornatrix vtitur. *Acus* etiam paleæ quędam de frumento dicuntur. S. Pompeius.

Ad, aut propriè personam significat, vt eo ad Pompeium: aut locum, vt abiit ad theatrum. *At*, differentiam rerum significat, vt cum dicimus. Scipio est bellator, at M. Cato est orator. S. Pompeius.

Addictus vide *Damnatus*.

Adducitur quis ad rem inhonestam: *Perducitur* ad studia: *Deducitur* ad honorem. Agræt.

A*deo*, cum prima acuta effertur: id significat quod accedo, vt cum dicimus adeo prætorem. Cum secunda, idem est quod vsque eo, non quidem secundum rationem quia *Ad* prępositio accusatiuis accommodanda est, sed vetusta quadam loquendi consuetudine. S. Pompeius.

A*dhibemus* priuatim. *Aduocamus* publicè & in iudiciis.

A*diutor* dicitur in re bona. *Impulsor* in mala. *Adiutor* à non irascente, *Impulsor* à criminante & irato. Donatus.

A*dmirari* vide *Mirari.*

A*dmonere* vide *Commonere.*

A*dnunciari* vide *Nunciari.*

A*dolescere* augmenti est *Inolescere*, coagmenti, *Exolescere* vanescentis. Agræt.

A*doptatio* dicitur quod per prætorem fit. *Arrogatio*, quod per populum. Agell.

A*dportare* vide *Deportare.*

A*drogat* aliquid sibi, etiamsi non meruerit, *Abrogat*, qui alij aufert, vel qui legem tollit. Cornel. Front.

A*dscripti* dicebantur qui in colonias no-

mina dedissent, vt essent coloni. *Adscriptitij* veluti quidam scripti dicebatur qui supplendis legionibus adscribebantur. S. Pompeius.

Adsita vide *Insita.*

Aduentus vide *Commodus.*

Aduerbia temporis, aut *certa sunt*, vt hodie cras, *Aut incerta*, vt dudum nuper. Itaque incertis certum additur tempus, vt iamdudum, nunc, nuper. Donatus.

Aduerbium vide *Prouerbium.*

Aduersarius vide *Contrarium.*

Aduersum te, aduersarius. *Aduersus te*, imitator. Agræt.

Aduersum, sine dubio præpositio est, vt aduersum te habeo gratiam. *Aduersus* participium potest esse, ab eo quod est Aduerto. Donatus.

Adulator vide *Parasitus.*

Inter *Adulterium* & *Stuprum* hoc interesse quidam putant, quod *Adulterium* in nuptam, *Stuprum* in viduam committitur. *Donatus.*

Aduocatur, daturus patrocinium: *Inuocatur* præstaturus auxilium: *Euocatur* præbituru

biturus obsequium. Agræt.

Aduocatus vide *Patronus.*

Adytum dicimus, & *Penum* & *Penetrabile*, eò quod adiri & penetrari rarò soleat. Agræt.

Aedem numero singulari de templo tãtum dicimus. Plurali & de domibus, & de templo. Seruius.

Æditimus dicitur, qui ædem seruat, quasi ædis intimus. *Æditius* ab æde tuenda. Flo. Sosipat.

Æger animus dicitur *Ægrotum* corpus. Donatus.

Ægrotus interdum tã ad animũ quàm ad corpus refertur. Terentius in Andria, priusquam horum scelera & lacrymę confictæ dolis, reducant animum ægrotum ad misericordiam: id est triste & iratum quidem: in Heaut. Cepi nõ humaniter, neque vt animum decuit ægrotum adolescentuli tractare, sed vi, &c.

Ægrotatio & *Ægritudo* distant. Cicero Tusc. quęst. lib. 3. sed propriè vt *Ægrotatio* in corpore. sic *Ægritudo* in animo

nomen habet. Non. Marcel.

Æmulatio vide *Imitatio*.

Æqualis alterius staturæ par. *Æquabile* quod æquari potest. Cornel. Front

Æquanimitas vide *Bonitas*.

Æquitas vide *Ius*.

Æquor vide Fretum.

Æstas est pars anni, *Æstus* calor temporis. *Æstus* à nimio calore nomen accipit. *Æstas* nomen non amittit etiamsi temperata est. Cornel. Front.

Ætas vide *Dies*.

Affabilis & *Blandus* distant hoc, Blādi sunt qui familiariùs grata oratione cū hominibus agere solēt: ἐυπροσήγοροι: Affabiles, qui comiter appellant eos, qui occurrunt: φιλοπροσήγοροι: Goclenius in obseruat. Latinæ linguæ.

Affatim vide *passim*.

Afficimus honore, *Afficimus* iniuria. Agræt.

Affinitas, *Cognatio*, *Familiaritas*, *Necessitas*, *Gentilitas* hoc modo differunt: Ij dicuntur *Necessarij*, quibus carere non possumus, *Familiares*, qui multum nobis-

nobiscum sunt, vt domestici. Fit autē necessitas, siue necessitudo officiis: *Affinitas* matrimonio: *Consanguinitas* & *Cognatio* ex sanguine stirpe, & genere eodem. *Gentilitas* ex familia hominum ingenuorum eiusdem nominis.

Affligere & *Afficere*, *Affligere* grauius est, *Afficere* leuius. Donatus.

Age vide *Eu*.

Agendi, Faciendi, & *Gerendi* differētia. Potest quis quid *facere*, & non *agere*, vt poeta facit fabulã, sed nõ agit. Cõtrà *actor agit*, & non facit, & sic à poeta fabula fit, & non agitur, & non fit. Cõtrà Imperator qui dicitur res gerere, in eo neque agit, neque facit, sed *gerit*, id est sustinet: translatum ab his qui onera gerunt: quod hi sustinent. Varro.

Agere est aliquid necessarium facere, *Agitare* voluptuarium. Donatus.

Ager à *fundo* differt, quod *ager* colatur & fructuum habeatur causa. hinc Ager ab agendo dicitur, sicut villa domus rustica à vehendo: quod in eam

nomen habet. Non. Marcel.

Æmulatio vide *Imitatio.*

Æqualis alterius ſtaturæ par. *Æquabile* quod æquari poteſt. Cornel. Front

Æquanimitas vide *Bonitas.*

Æquitas vide *Ius.*

Æquor vide Fretum.

Æſtas eſt pars anni, *Æſtus* calor temporis. *Æſtus* à nimio calore nomen accipit. *Æſtas* nomen non amittit etiamſi temperata eſt. Cornel. Front.

Ætas vide *Dies.*

Affabilis & *Blandus* diſtant hoc, Blãdi ſunt qui familiariùs grata oratione cũ hominibus agere ſolẽt: εὐπροσήγοροι: Affabiles, qui comiter appellant eos, qui occurrunt. φιλοπροσήγοροι: Goclenius in obſeruat. Latinæ linguæ.

Affatim vide *paßim.*

Afficimus honore, *Afficimus* iniuria. Agræt.

Affinitas, *Cognatio*, *Familiaritas*, *Neceſſitas*, *Gentilitas* hoc modo differunt: Ij dicuntur *Neceſſarij*, quibus carere non poſſumus, *Familiares*, qui multum nobiſ-

nobiscum sunt, vt domestici. Fit autẽ necessitas, siue necessitudo officiis: *Affinitas* matrimonio: *Consanguinitas* & *Cognatio* ex sanguine stirpe, & genere eodem. *Gentilitas* ex familia hominum ingenuorum eiusdem nominis.

Affligere & *Afficere*, *Affligere* grauius est, *Afficere* leuius. Donatus.

Age vide *Eu.*

Agendi, *Faciendi*, & *Gerendi* differẽtia. Potest quis quid *facere*, & non *agere*, vt poeta facit fabulã, sed nõ agit. Cõtrà *actor agit*, & non facit, & sic à poeta fabula fit, & non agitur, & non fit. Cõtrà Imperator qui dicitur res gerere, in eo neque agit, neque facit, sed *gerit*, id est sustinet: translatum ab his qui onera gerunt: quod hi sustinent. Varro.

Agere est aliquid necessarium facere; *Agitare* voluptuarium. Donatus.

Ager à *fundo* differt, quod *ager* colatur & fructuum habeatur causa. hinc Ager ab agendo dicitur, sicut villa domus rustica à vehendo: quod in eam

fructus agrorum vehantur. *Fundus* verò sit quælibet soli species etiam inculta, & nulli vsui destinata, in qua aliquid fundari potest, & *Fundus* villam & agrum continet. *Ager* verò minimè. Liuius in fine lib. x. tertiæ Decad.

Aggredimur de longinquo, *Adorimur* ex insidiis, & è proximo. Donatus.

Agilem actio facit. *Strenuum* metus. *Fortem* animus. *Robustum* corpus. Cornel. Front.

Agit qui rem iustam dicit: *Orat* qui animo demisso precatur, vt quasi beneficiũ præstetur sibi. Donat.

Agnoscere plus est, quam *Cognoscere*: illud specialius, hoc generalius est.

Agnitio Dei plus est, quam *Cognitio* Dei. Hæc plurium: illa pauciorum. Pater agnoscit filium, cum eum ad se adsciscit & pro suo habet: Quæ liberorum Agnitio iureconsulto est τῶν παίδων ἀνάληψις. Hinc intelligitur, quid sit *Agnoscere* aliquem discipulum suum *einen da für halten*. *Agnoscere* erratum suum,

ſuum, eſt, confiteri, *auf ſich nehmen.* Homines in denſis tenebris, quas peccatũ inuexit, verſantes aliquo modo Deum *Cognouerunt*, ſed non *Agnouerunt*, id eſt non coluerunt, nec gloria affecerunt, Goclenius in obſeruat. Latinæ linguę.

Alacer dicitur is, cui omnis ſenſus, in ſuo quiſque loco degit. *Lacer* vero quum ſic affectus eſt, vt vultu indicet adeſſe animum, non ſincerum ſenſibus ſuis. Quare cognita illud quoque intelligitur, aliud eſſe *Alacrem* aliud *Lætum*: Sunt qui *Alacrem* feſtinantem & properum putant quaſi aliis acrem. Aſcon.

Album & *Candidum* differunt, *Album* natura tantum eſt: *Candidum* ſtudio: nam & corpori & animo aliquoties aſſignantur. *Albos* ergo *capillos*: *Carmen candidum* rectè dicimus. Agræt.

Alere eſt victu temporali vitam ſuſtentare. *Educare* autem ad ſatietatem perpetuam educere. Plaut. Menæch. Nã illic homo homines, non aues educat. Accius Andromeda. Alui, edu-



cari , id facite gratum vt sit seni. Non. Marcel.

Alere & *pascere* hoc distãt auctoritate, vt sit *Alere* sufficiendi generis curã habere, *Pascere* natos cibo saginare. Varr.

Τεϱγν τῶ διδασκάλῳ, vbi pręgraues pascũtur pauonum greges. Non. Marcel.

Alienus vide *Exterus*.

Aliquando vide *Ferè*.

Aliquando vide *Olim*.

Alligari vide *Ligare*.

Alloqui vide *Loqui*.

Alter vide *Primus*.

Altitudo incrementũ est corporis. *Alimentum* incrementum infantis. *Alimonia* deriuatiuum ab alendo quasi particula animi. Cornel. Front.

Altum & quod sursum est, & quod deorsum. Agræt.

Aluus virorũ rectè dicitur. *Vterus* mulierũ. *Venter* vtroque modo. Agræt.

Amare vim habet maiorem. *Diligere* autẽ est leuius amare. Cicero ad Brutum. Sic igitur facies, & me aut amabis, aut quo contentus sum, diliges: item lib. de

de amicitia. Sunt quos diligere velis. Idem ad Dolabellã. Quis erat qui putaret ad eũ amorẽ quẽ erga te habebam posse aliquid accedere? Tantũ tamẽ accessit, vt mihi nũc deniq; amare videar, antea dilexisse. Videtur igitur Scaligero diligere à deligendo, quod tanquam initium sit amandi. Sic apud Græcos στέργειν amplius quid est quã φιλεῖν. Non. Marcel.

Amator & Amans vide *Iracundus.*

Amator qui ad tempus. *Amicus* qui perpetuo amat. Donat.

Amator fingere potest. *Amans* verè amat. Donat.

Ambages verba frustratoria. *Phaleræ* insidiosa. Terentius.

Ambarrale hostiæ appellabãtur, quæ pro arris à duob. fratribus, sacrificabantur.

Amburbiales hostiæ dicebantur, quæ circum terminos vrbis Romæ ducebantur. S. Pompeius.

Ambitus honoris dici cœptus est, à circũeundo, supplicandóque. *Ambitio* est ipsa actio ambientis. S. Pompeius.

Ambulare incipiunt infantes. *Inambulant* ætate pleni. Cornel. Front.

Amens vide *Mente captus*.

Amicus & *Familiaris* hoc distant. Omnibus amicus paucis familiaris esto. Cicero in orat. Catilinaria.

Amicus animi est. *Amator* corporis. Donatus.

Amittere & *Dimittere* differunt, *Amittere* est nolentium: *Dimittere* volentium; sed non est perpetuum. Amittere enim aliquoties pro dimittere in Cicerone inuenias. Gocle. in obser. Lati. linguæ.

Amoliri dicuntur ea, quę cum magna difficultate & molimine summouentur, & tolluntur è medio. *Discedere* dicitur qui facile abit è medio. Donatus.

Amor vide *Cupido*.

Amor aduersus inhumanitatem. *Pudor* aduersus ingratum animum. Donat.

Amor est, qui debetur fratribus, coniugibus, liberis, familiaribus. *Caritas* Deo, patriæ, parentibus. Cicero in partitionibus Orato. Apud eundem tamen

men est, Frater carissimus & amantissimus: Eiusdemque cari sunt etiam propinqui, familiares, liberi, in lib. Offic. Inter malos non est caritas, sed potius coniuratio. Goclenius.

Angiportum pro via arcta. Terentius.

Angues aquarum sunt. *Serpentes* terrarum. *Dracones* templorum vt Virgilius Æneid. 2.

per alta immensis orbibus *Angues*
Et paulo post
Serpens amplexus vterque
Item
Delubra ad sũma *Dracones*. Seruius.

Animaduerti vide *Intelligi*.

Animantia animus facit. *Animalia* animam habent. Cornel. Front.

Animositas vide *Spiritus*.

Animus est quo sapimus.

Anima qua viuimus. Accius Epigono. sapimus animo, fruimur anima: sine animo, anima est debilis. Non. Marcel.

Animus, qui cupit, & appetit, *Mens* quæ cogitat, & comminiscitur. Terentius in Andria, Mala mens, malus animus,

quem quidem ego si sensero.

Annotare vide *Notare.*

Annuere vide *Innuere.*

Annuere vel Innuere vide *Nutare.*

Annuus prouentus seu reditus *das Järlich ein khommen* (Barbari dicunt: reditus de bonis. *Census* verò est bonorum æstimatio, & patrimonium. dictus à censoribus, qui & de moribus iudicabant, & censum peragebant. Goclenius de obser. Lat. linguæ.

Antipodes vide *Circumpedes.*

Antiquum significat vetus. Virgilius lib. 2. Georg.

Antiquásque domos auium.

Antiquior, melior. M. Tull. de repub. lib. 1. Sed quoniam plurima beneficia cõtinet patria & est antiquior parens, quàm si quis (vt aiunt) curauerit, maior ei profecto quàm parenti debetur gratia. Non. Marcel.

Antiquum est quod excessit Patrum memoriam. *Vetus* annorum multorũ sentit vtilitatem, Vinum hoc melius est, quo sit vetustius. Cornel. Front.

Aper-

Apertè ad verba pertinet non obſcura, *Palam*, ad præſentium multitudinem & qualitatem frequentis loci. Aſcon.

Apparere vide *Parere*.

Apparet qui videtur, *Pâret*, qui obſequitur Agræt.

Appropinquatur quod paulo poſt aderit, *Inſtat* quod præſens eſt & iam abeſt, vnde Cic. ꝓ tēpore præsēti ſæpius dicit *Inſtās*,

Aptum loco venit, & tempore, quod habet ſuā materiam. *Vtile* vſus fecit vt prudentis literæ. *Idoneum* vt amicum per conſilia dicimus, & vt ſeruum in vſu hominis. Cornel. Front.

Apud & *Penes* in hoc differūt, quod alterū perſonam cū loco ſignificat: alterum perſonam & dominum, ac poteſtatē, quod trahitur à penitus. S. Pompeius.

Aquaticam vide *Herbidum*.

Aquilus color eſt fuſc⁹ & ſubniger, à quo aquila eſſe videtur, quāuis eā ab acutè videndo dictā volunt. *Aquatus* autē color ab aqua eſt nominatus. *Aquilo* ventus à vehementiſsimo volatu aquilæ inſtar appellatur. S. Pompeius.

Aræ & ſuperis & Inferis Diis conſecratæ ſunt. *Altaria* vero ſunt ſuperiorum tãtum Deorum quæ ab altitudine conſtat eſſe nominata. Vt Virgilius in Bucolicis Eclog. 5.

---en quattuor aras
Ecce duas tibi Daphni : duas, altaria Phœbo.

Aræ autem dictæ ab ariditate, quia in iis adoletur ignis. *Altaria* vero ab alendo, quia igni addantur alimenta. Seruius.

Araneum quod textum eſt, *Aranea* quæ texit. Cornel. Front.

Arbitrium dicitur ſententia, quæ ab arbitro ſtatuitur. *Arbitrarium*, cùm adhuc res apud arbitrum geritur. S. Pompeius.

Arbor omne lignum dicitur, *Arbos* non niſi fructifera. Agræt.

Arceſſor vide *Vocor*.

Arcus omnis ſuſpenſus fornix appellatur: *Arquus* non niſi qui in cælo apparet, quē Irin poetæ dixerunt. Vnde & *Arquati* dicuntur, quibus color & oculi virent, quaſi in arqui ſimilitudinem.

Lu-

Lucret. lib. 6.

Tum color in nigris extabat nubibus. *Arqui.*

Arguere, ostendere & patefacere. Virg. Degeneres animos timor arguit. Vnde argumenta dicuntur quæ causam causæ ostendunt, sunt sermones (vt ita dixerim) communes duo sibi contraria significantes. A græt.

Argumentari & Argumentis vti ad rem probandam, *Dicere* amplificatione vti ad rem, ad delectandum, commouendúmque auditorem oratione perpetua. Ascon.

Argumentum vide *Oratio.*

Armenta sunt equorum & boum quod hæc animalia apta sint armis, vt scutis boum coria, equi prælio. *Greges* capellarum & ouium sunt. Cicero dixit Act. in Verrem, gregem equorum. T. Liuius lib. 24. & lib. 37. gregem elephantorum, gregem boum. Virg. lib. Georg. 3. Item lib. 6. Æneid. gregem iuuencorum lib. 7. gregem ouiũ lib. 8. gregem pecorũ. Horatius quo-

que li.epist.1.gregem auium. Vt Valerius Maximus li. 9. gregem piscium dixit. Inde grex dicitur pro multitudine hominum vulgarium. Cic. pro Milone grex ancillarũ, pro Murena, grex iuuentutis, In Pisonẽ, grex nouitiorũ, in Diuinat. grex oratorum, In Lælio, grex amicorum, in lib. de orato. 2. grex philosophorum. à T. Liuio lib. 35. grex Imperatorum dicitur. Sed hæc plerunque confundit autoritas. Seruius.

Arrogantia vide *Superbia*.

Arrogantia est in rebus alienis. Arrogãs.n. sibi temere tribuit ea, quę in se nõ habet, *Insolentia* in alienis, præter solitũ, & nõ crebrò vsitatis. Est ergo Insolẽtia quædam rara & singularis arrogãtia: Accipitur tamen in bonam etiam partem, vt: Quid tu Athenis insolens? id est rarus *Das man micht gevvhonet ist.* Μέσον igitur ὄνομα est. Goclenius in obseruat. Lat. linguæ.

Ars differt ab *experientia*. secundum Aristotelem lib. 1. Metaph. quod Ars est vniuer-

vniuersalium. *Experientia* verò singularium.

Arteriæ motu atq. pulsu suq habitum & modum febrium demonstrant. Agel.

Arundo canna est ab ariditate dicta, vt fluuialis arundo. Agret.

A scena, venit spectator: *è scena* venit, qui egit. Contrà *Spectator è theatro, à theatro actor. De scena* loquitur, qui de ea benè an malè ornata sit, loquitur, *In scena* pronuntiat, qui hoc idem subtilius vult dicere, non *in scena*, sed pro scena dicit, pronunciare actorem *in scena* significanter græcè dicimur. *E scena* actor exit, venit in pulpitum, ac vestibulum: *in scena* itaque actor est, cùm eò venit. Scaurus.

Aspicere & Animaduertere vide *Cernere.*

Aspicimus sursum, *Conspicimus* palam: *Respicimus* retrò *Inspicimus* intus. Agræt.

Asportare aliquid, vt intereat, *Deportare*, vt mutet locum. Ascon.

Assecla vide *Comes.*

Assentor, *Adulor*, *Blandior*, differunt hæc tria, quod *Assentari*, propriè est

voce vel laudando, vel assentiendo captare. *Adulari* quoquo modo re voce, vel gestu fauorem quærere. *Blandiri* propriè tactu, verùm, ad alios quoque sensus transfertur. *Assentire* ab Assentio quod & assentior dicitur in actiua significatione, Græcè ὁμολογέω dicitur, *Consentire* autem est actus voluntatis. Cor. Front.

Assere manu vide *Conserere manum*.

Asserere plus est quàm *Affirmare*. Est enim rem vt certißimam etiam atque etiã affirmare. Græcè διαβεβαιοῦσθαι, διορίζεσθαι. *Affirmo* est aio, græcè ἀπόφημι. Cicero ad Attic. Omni tibi asseueratione affirmo.

Aßiduus dicitur, qui in ea re, quam frequenter agit quasi consedisse videatur. Alij *aßiduum*, locupletem, quasi multorum assium dictum putarunt: Alij eum, qui sumptu proprio militabat, ab esse dando vocatum existimarunt. S. Pompeius.

Assolet consuetudinis e[illegible] *[illegible]tet* rationis. Donatus.

Tum

Assum dictum, quod ab igni assudescit, Vuidum est quod humidum: & ideo vbi id non est, succus abest, & ideo sudando assum destillat humorem, Vt *Crudum* nimium habet humoris, Sic **Excoctum** parum habet succi. ***Elixum*** est è liquore aquæ deductum, & ex iure; quod iucundum magis, conditione succi. Varro.

Astruere vide ***Extruere***.

Astu, astutia, vel prudentia, *Astu* pro ciuitate. *Terentius*.

Attollit, *Aggerat*, nō attollit, adgerat scribendum est: in compositione enim AD præpositio accusatiui casus corrumpitur, cum seruire vocali incipit quando eam muta sequitur. Integra autem permanet quando semiuocalis, vt *adficit*, *adripit*, Huius rei ratio reddenda est: vocales omnis vocis principes sunt, & dominæ literarum, vtque sint vniuersa fortiora naturaliter faciunt, subiecta & adiecta sibi protegunt, æqualia autem & resistentia elidunt. Nam quemadmodum non-

Ambulare incipiunt infantes. *Inambulant* ætate pleni. Cornel. Front.

Amens vide *Mente captus.*

Amicus & *Familiaris* hoc distant. Omnibus amicus paucis familiaris esto. Cicero in orat. Catilinaria.

Amicus animi est. *Amator* corporis. Donatus.

Amittere & *Dimittere* differunt, *Amittere* est nolentium: *Dimittere* volentium, sed non est perpetuum. Amittere enim aliquoties pro dimittere in Cicerone inuenias. Gocle. in obser. Lati. linguæ.

Amoliri dicuntur ea, quę cum magna difficultate & molimine summouentur, & tolluntur è medio. *Discedere* dicitur qui facile abit è medio. Donatus.

Amor vide *Cupido.*

Amor aduersus inhumanitatem. *Pudor* aduersus ingratum animum. Donat.

Amor est, qui debetur fratribus, coniugibus, liberis, familiaribus. *Caritas* Deo, patriæ, parentibus. Cicero in partitionibus Orato. Apud eundem tamen

men est, Frater carissimus & amantissimus: Eiu[illegible]mque cari sunt etiam propinqui, familiares, liberi, in lib. Offic. Inter malos non est caritas, sed potius coniuratio. Goclenius.

Angiportum pro via arcta. Terentius.

Angues aquarum sunt. *Serpentes* terrarum. *Dracones* templorum vt Virgilius Æneid. 2.

per alta immensis orbibus *Angues*

Et paulo post

Serpens amplexus vterque

Item

Delubra ad sūma *Dracones*. Seruius.

Animaduerti vide *Intelligi*.

Animantia animus facit. *Animalia* animam habent. Cornel. Front.

Animositas vide *Spiritus*.

Animus est quo sapimus.

Anima qua viuimus. Accius Epigono. sapimus animo, fruimur anima: sine animo, anima est debilis. Non. Marcel.

Animus, qui cupit, & appetit, *Mens* quæ cogitat, & comminiscitur. Terentius in Andria, Mala mens, malus animus,

quem quidem ego si sensero.

Annotare vide *Notare.*

Annuere vide *Innuere.*

Annuere vel Innuere vide *Nutare.*

Annuus prouentus seu reditus *das Järlich ein khommen* (Barbari dicunt: reditus de bonis. *Census* verò est bonorum æstimatio, & patrimonium. dictus à censoribus, qui & de moribus iudicabant, & censum peragebant. Goclenius de obser. Lat. linguæ.

Antipodes vide *Circumpedes.*

Antiquum significat vetus. Virgilius lib. 2. Georg.

Antiquásque domos auium.

Antiquior, melior. M. Tull. de repub. lib. 1. Sed quoniam plurima beneficia cõtinet patria & est antiquior parens, quàm si quis (vt aiunt) curauerit, maíor ei profecto quàm parenti debetur gratia. Non. Marcel.

Antiquum est quod excesit Patrum memoriam. *Vetus* annorum multorũ sentit vtilitatem, Vinum hoc melius est, quo fit vetustius. Cornel. Front.

Aperte ad verba pertinet non obscura, *Palam*, ad præsentium multitudinem & qualitatem frequentis loci. Ascon.

Apparere vide *Parere*.

Apparet qui videtur, *Pāret*, qui obsequitur Agræt.

Appropinquatur quod paulo post aderit, *Instat* quod præsens est & iam abest, vnde Cic. ꝑ tēpore præsēti sæpius dicit *Instās*,

Aptum loco venit, & tempore, quod habet suā materiam. *Vtile* vsus fecit vt prudentis literæ. *Idoneum* vt amicum per consilia dicimus, & vt seruum in vsu hominis. Cornel. Front.

Apud & *Penes* in hoc differūt, quod alterū personam cū loco significat: alterum personam & dominum, ac potestatē, quod trahitur à penitus. S. Pompeius.

Aquaticam vide *Herbidum*.

Aquilus color est fusc⁹ & subniger, à quo aquila esse videtur, quāuis eā ab acutè videndo dictā volunt. *Aquatus* autē color ab aqua est nominatus. *Aquilo* ventus à vehementissimo volatu aquilæ instar appellatur, S. Pompeius.

Aræ & superis & Inferis Diis consecratæ sunt. *Altaria* vero sunt superiorum tantum Deorum quæ ab altitudine constat esse nominata. Vt Virgilius in Bucolicis Eclog. 5.

---en quattuor aras
Ecce duas tibi Daphni : duas, altaria Phœbo.

Aræ autem dictæ ab ariditate, quia in iis adoletur ignis. *Altaria* vero ab alendo, quia igni addantur alimenta. Seruius.

Arancum quod textum est, *Aranea* quæ texit. Cornel. Front.

Arbitrium dicitur sententia; quæ ab arbitro statuitur. *Arbitrarium*, cùm adhuc res apud arbitrum geritur. S. Pompeius.

Arbor omne lignum dicitur, *Arbos* non nisi fructifera. Agræt.

Arcessor vide *Vocor*.

Arcus omnis suspensus fornix appellatur: *Arquus* non nisi qui in cælo apparet, quẽ Irin poetæ dixerunt. Vnde & *Arquati* dicuntur, quibus color & oculi virent, quasi in arqui similitudinem.

Lu-

Lucret.lib.6.

Tum color in nigris extabat nubibus *Arqui.*

Arguere, ostendere & patefacere. Virg. Degeneres animos timor arguit. Vnde argumenta dicuntur quæ causam causæ ostendunt, sunt sermones (vt ita dixerim) communes duo sibi contraria significantes. A græt.

Argumentari & Argumentis vti ad rem probandam, *Dicere* amplificatione vti ad rem, ad delectandum, commouendúmque auditorem oratione perpetua. Ascon.

Argumentum vide *Oratio.*

Armenta sunt equorum & boum quod hæc animalia apta sint armis, vt scutis boum coria, equi prælio. *Greges* capellarum & ouium sunt. Cicero dixit Act. in Verrem, gregem equorum. T. Liuius lib.24. & lib.37. gregem elephantorum, gregem boum. Virg. lib. Georg.3. Item lib.6. Æneid. gregem iuuencorum lib.7. gregem ouiũ lib.8. gregem pecorũ. Horatius quo-

que li.epist.1.gregem aurum. Vt Valerius Maximus li. 9. gregem piscium dixit. Inde grex dicitur pro multitudine hominum vulgarium. Cic.pro Milone grex ancillarũ,pro Murena,grex iuuentutis,In Pisonẽ,grex nouitiorũ, in Diuinat. grex oratorum, In Lælio,grex amicorum,in lib. de orato.2. grex philosophorum. à T. Liuio lib. 35. grex Imperatorum dicitur. Sed hæc plerunque confundit autoritas. Seruius.

Arrogantia vide *Superbia*.

Arrogantia est in rebus alienis. Arrogãs.n. sibi temere tribuit ea, quę in se nõ habet, *Insolentia* in alienis, præter solitũ, & nõ crebrò vsitatis. Est ergo Insolẽtia quædam rara & singularis arrogãtia: Accipitur tamen in bonam etiam partem, vt: Quid tu Athenis insolens? id est rarus *Das man nicht gevvhonet ist.* Μέσον igitur ὄνομα est. Goclenius in obseruat. Lat. linguæ.

Ars differt ab *experientia*. secundum Aristotelem lib. 1. Metaph. quod Ars est vniuer-

vniuersalium. *Experientia* verò singularium.

Arteriæ motu atq. pulsu suo habitum & modum febrium demonstrant. Agel.

Arundo canna est ab ariditate dicta, vt fluuialis arundo. Agręt.

A scena, venit spectator: *è scena* venit, qui egit. Contrà *Spectator è theatro*, *à theatro actor*. *De scena* loquitur, qui de ea benè an malè ornata sit, loquitur, *In scena* pronuntiat, qui hoc idem subtilius vult dicere, non *in scena*, sed pro scena dicit, pronunciare actorem *in scena* significanter græcè dicimur. *E scena* actor exit, venit in pulpitum, ac vestibulum: *in scena* itaque actor est, cùm eò venit. Scaurus.

Aspicere & *Animaduertere* vide *Cernere*.

Aspicimus sursum, *Conspicimus* palam: *Respicimus* retrò *Inspicimus* intus. Agræt.

Asportare aliquid, vt intereat, *Deportare*, vt mutet locum. Ascon.

Assecla vide *Comes*.

Assentor, *Adulor*, *Blandior*, differunt hæc tria, quod *Assentari*, propriè est

voce vel laudando, vel assentiendo captare. *Adulari* quoquo modo re voce, vel gestu fauorem quærere. *Blandiri* propriè tactu, verùm, ad alios quoque sensus transfertur. *Assentire* ab Assentio quod & assentior dicitur in actiua significatione, Græcè ὁμολογέω dicitur, *Consentire* autem est actus voluntatis. Cor. Front.

Assere manu vide *Conserere manum*.

Asserere plus est quàm *Affirmare*. Est enim rem vt certissimam etiam atque etiã affirmare. Græcè διαβεβαιοῦσθαι, διορίζεσθαι. *Affirmo* est aio, græcè ἀπόφημι. Cicero ad Attic. Omni tibi asseueratione affirmo.

Assiduus dicitur, qui in ea re, quam frequenter agit quasi consedisse videatur. Alij *assiduum*, locupletem, quasi multorum assium dictum putarunt: Alij eum, qui sumptu proprio militabat, ab esse dando vocatum existimarunt. S. Pompeius.

Assolet consuetudinis est, *Oportet* rationis. Donatus.

Assum

Assum dictum, quod ab igni assudescit, Vuidum est quod humidum: & ideo vbi id non est, succus abest, & ideo sudando assum destillat humorem, Vt *Crudum* nimium habet humoris, Sic *Excoctum* parum habet succi. *Elixum* est è liquore aquæ deductum, & ex iure; quod iucundum magis, conditione succi. Varro.

Astruere vide *Extruere*.

Astu, astutia, vel prudentia, *Astu* pro ciuitate. *Terentius*.

Attollit, *Aggerat*, nō attollit, adgerat scribendum est: in compositione enim AD præpositio accusatiui casus corrumpitur, cum seruire vocali incipit quando eam muta sequitur. Integra autem permanet quando semiuocalis, vt *adficit*, *adripit*, Huius rei ratio reddenda est: vocales omnis vocis principes sunt, & dominæ literarum, vtque sint vniuersa fortiora naturaliter faciunt, subiecta & adiecta sibi protegunt, æqualia autem & resistentia elidunt. Nam quemadmodum non-

nunquam inter se collisa franguntur, interdum & Synalœpham faciunt: Ita consonantes sibi creditas conseruant: quarum virtutum necesse est vt semiuocales imitatæ vicina sibi muta tueantur. Agræt.

Auarum semper in reprehensione est. *Auidum* autem ab auendo, quod est etiam honestè cupiendo, & ab electione intelligi potest, ac per hoc aliquãdo malis, aliquando bonis adiungitur causis. Virgilius libro 2. Georg. Pascuntur oues auidæque iuuencæ. Non. Marcel.

Auctor pacis est principij *der Stiffter:* *Alumnus* qui constitutam pacem conseruat.

Auctor actiuè tantum accipitur. *Alumnus* est modò qui alit, modò qui alitur. Donatus.

Audacia temeritatis *Audentia* fortitudinis est. Sallustius.

Audacia pro muro habetur. Virg. lib. 6.

---audentior ito
In casus omnes--- Ibidem

Aude

Audè hoſpes contemnere opes.
quod humanitatis potius ſit, quàm temeritatis. Non. Marcel.

Auellanæ vide *Coryli.*

Auenæ ſteriles, germen eſt. *Habenæ* dicuntur retinacula iumentorum: hoc de habendi poteſtate, illud de occupandi auiditate dictum. Agræt.

Auferimus ea quæ cum faſtidio cernimus. *Ferimus ea*, quæ cũ honore tractamus. Donatus.

Auferre vide *Tollere.*

Aufert qui dedit: *Adimit* imperio coactus: *Eripit* qui plus valet. Itaque *Auferre* poſſumus, *Adimere* iubemus, *Eripere* valemus. Gornel. Front.

Auguro dicimus ſecundum Plinium Grammaticum cum præſagio mentis futura colligimus. *Auguror* verò tum cum futura veris captamus auguriis. Seruius.

Auidus à non videndo, propter nimiam cupiditatem appellatur: ſicut *Amens*, qui mentem ſuam non habet. S. Pompeius.

Auſpicium auium inſpectio, & quæ ex volatu earum ſignificetur & vocibus. *Augurium* autem qui rerum omnium coniecturas prudenter & diligenter amplectitur. Non. Marcel.

Auſterus græca conſuetudine, *Seuerus* à ſæuo. Cornel. Front.

Auxilium vide *ſubſidium*.

B

Balſamum eſt ipſa arbor. *Opobalſamum* ſuccus collectus ex arbore. *Xylobalſamum* lignum ipſius arboris. Seruius.

Barba ſingulari numero hominum. *Plurali* vero quadrupedum dicitur. Seruius.

Barbara locutio propriè peregrina eſt: *Barbariſmus* fit etiam in ſermonis Latini locutione. Cornel. Front.

Barbariſmus in ſingulis verbis eſt, Solœciſmus in coniunctis. Flo. Soſipat.

Bardus ſtultus à tarditate ingenij appellatur. *Bardus* Gallice cantor appellatur, qui virorum fortium laudes canit à gen-

à gente Bardorum. S. Pompeius.

Basia vide *Oscula*.

Beatus vide *Locuples*.

Bellum & *prælium* hoc differunt, quod prçlia partes sunt belli: hoc est in bello congresſiones Lucillius lib. 26. Vt populus Romanus victus vi & superatis præliis sæpe est multis, bello vero nũquam in quo sunt omnia. Non. Marcell.

Bene viuere, est honestè viuere & cum virtute. *Beatè* verò viuere, etiam iucũdè & feliciter. Goclenius in obseruat. Lat. linguæ.

Beneficiarij dicuntur milites, qui vacant muneris beneficio: è contrario *Munifices* vocantur qui non vacant, sed mũnus Reipub. faciunt. S. Pompeius.

Beneuolus vide *Facilis*.

Bidental & *bidentes* vide *Delubrum*.

Bona omnia habere vide *monstra*.

Bona in ipsis posseſsionibus, *Fortuna* in fructibus eorum. Ascon.

Bona, *Prædia* dicuntur, *Bona* satisdationibus obnoxia, siue sint in mancipiis, si-

ue in pecunia numerata. *Prædia* verò domus, agri. Ascon.

Boni pro magnis, *Honesti*, pro diuitibus vetustè. Ascon.

Bonitas in omnibus generaliter rebus est: *Æquanimitas* in spectando, *Bonitas* in probandis his quæ bona sunt. *Æquanimitas* in ignoscendis viciis atque delictis. Donatus.

Bonus est qui non nocet: *Liberalis* qui etiã prodest. *Bonus* qui non peccat in facto. *Liberalis* qui nec in verbis. Donat.

Bonus opponitur malo, qui alij vsu: *Commodus* alij necessariò vtique prodest. Cornel. Front.

Breue vide *Paruum*.

Breuis in natura, *Pusillus* in corpore, vt breuis dies, pusillus homo. Sosipat.

C

Cadit etiam in plano, *Decidit* ex alto. Cornel. Front.

Caritas

Caritas ab *Amore* ita differt, quod *Amor* genus, *Charitas* species, *Amor* ad omnia pertinet, *Charitas* tantùm ad homines & quidem pro dignitate & qualitate personarum. Maior enim Charitas debetur parentibus, proxima liberis, & deinceps reliquis. Non. Marcel.

Calamitas παρὰ τὴν καλάμην dicitur: *Clades* quia clamatur: alius grandinis est culmum frangētis, aliud furti aut doli mali. Sic Probus. Donatus.

Campus ab *agro* sic distinguitur. *Campus* est planicies, vel agrorum vel pratorum. Cicero 2. de Diuinat. Vt enim Ægyptij & Babylonij in camporum patentium æquoribus habitantes. *Ager* ipsum est subiectum. Goclenius in obser. Latinæ linguæ.

Camuri sunt boum, qui conuersa introrsum cornua habent, quibus contraria *Patùli*, qui cornua diuersa habent, quorúmque cornua terram spectant. His contrarij *Licini* qui sursum versum cornua habent.

Candidum esse, id est quadam nitenti

luce perfusum: *Album* quod p[...] constat esse vicinum. Seruius.

Cantus est actio ipsa, seu modulatio [...]minis. *Carmen* verò, quod compo[...] est. Donatus.

Carcer est vndecunque prohibemur exire, & dictus quasi arcer, ab arcendo, & quando locum in quo seruantur noxij, significamus, carcere tantum numero singulari vtimur. *Carceres* numero tantum plurali, vnde erumpunt quadrigæ, sed poeta plerunque singularem vsurpat, vt Virgilius lib. 5. Æneid.

---ruúntque effusi carcere cursus.
Seruius.

Caritas est pretij. *Inopia* paucitatis: potest enim annona copiosa, & tamen cara esse. Flo. Sosipat.

Castitas & *Pudicitia* paria deputantur, cùm sit *Pudicitia* ab iniuria turpium libidinum libera: *Castitas* & ab his continens, & remota, præterea & religiosa mundicia & puritas. Virgilius lib. 7.

Præ-

Præterea, caſtis adolet dum altaria tedis. Atque ideò plus eſt *Caſtitas à Pudicitia*, quod par ſit cum aliis cæteris *Caſtitas*. Non. Marcel.

Caſtus & *Continens* ſic differunt, quod *caſtus* dicitur ante experientiam rei Venereæ: *Continens* verò poſt eam. Donatus.

Cauere & Effugere hoc differunt modo: *Cauemus* ante pericula: *Effugimus* ex ipſis periculis. Hęc duo ſunt ſpecialia. *Euitare* generale eſt, & vtrique inſeruit tempori, nam & incumbentia & præſentia euitamus. Goclenius in obſeruat. linguæ Latinæ.

Inter *Cauere & Vitare*. Lucillius diſtantiam eſſe voluit libr. 26. & eſſe plus *Vitare* Quid tibi cauendum cenſes? quid vitandum maximè. Non. Marcell.

Cauſa docet factum: *Ratio* ſoluit obſcura Cornel. Front.

Cauſa eſt de qua agitur, *Patrocinium* quod accommodatur: *Oratio* quæ loquitur. Cornel. Front.

Cedò ſibi poſcit, & eſt immobile. *Dat*, qui non finite facit datum. Cornel. Front.

Celare eſt tegere & abſcondere. Terent. in Andria, Benè diſsimulatum amorē & celatum iudicans. *Cælare* inſculpere Virg. lib. 1. Æneid.

—cælatáque in auro
Fortia facta patrum. Non. Marcell.

Celer vide *Nauus*.

Celeritas vide *Velocitas*.

Cellarium eſt paucorum dierum, vnde & in cella dicitur importatum frumentum. *Penus* verò longi temporis. Seruius.

Cenſere nunc ſignificat putare, nunc ſuadere, nunc decernere. *Cenſio* haſtaria dicebatur, dum militi mulctæ nomine ob delictum militare indicebatur, quod haſtas daret. *Cenſui* agri à cenſendo propriè appellantur, qui & emi, & vænire iure ciuili poſſunt. *Cenſores* dicti, quod rem ſuam quiſque tanti æſtimare ſolitus ſit, quantum illi cenſuerint. Sext.

Sext. Pompeius.

C*epit* de capiendo, C*œpit* de incipiendo. Agræt.

C*ernere* vide *Videre.*

C*ertatio* eſt adminiſtrantium: C*ertamen* operis. Cornel. Front.

C*ertum* recipit præpoſitionem, & fit incertum, certúmque vel pondus vel rei precium: *Verum* opponitur falſo. Cornel. Front.

C*eruix* cum numero ſingulari dicitur, collum ſignificat: ſi plurali vtimur, ſuperbiam oſtendimus. vt Cicero in Verr. Frange ceruices. Seruius.

C*eſſat* deſidioſus, *Requieſcit* defeſſus. Donat.

C*hilo* dicitur cognomento à magnitudine labiorum: C*ilo* ſine aſpiratione, cui frons eſt eminentior, ac dextra ſiniſtráque velut reciſa videtur. S. Pompeius.

C*ibus*, qui etiam delicatis præbetur: *Victus* in paruis aridíſque alimoniis eſt conſtitutus. Donatus.

C*ircumpedes* ſunt obſequia ſeruorum.

Antipedes amicorum. Agræt.

Circus eſt planities rotunda, vt ciuitas, *Globus* ſoliditas vndique verſum rotunda, vt eſt ſphæra. M. Tullius de natura deorum lib. 2. Cúmque duæ formæ præſtantiſsimæ ſint: ex ſolidis: globus (ſic enim ſphæram interpretari placet) ex planis autem, aut eſt circus, aut orbis. Virgilius libr. 5. Æneid.

---mediáque in valle theatri
Circus erat, Et,
Lucentémque globum lunæ, Titaniáque aſtra.

Circumſpicimus præſentia, *Proſpicimus* futura. Donatus.

Citius prouerbium qualitatis prælatiuæ, ſimile cognomini. Pro maturius eſt etiam ſignificantiam habens, Vt iam feſsi ante tempus citius vt loquantur: non oſtenſio qualitatis nec certi temporis: At *Celeritas* ſui temporis eſt perfecta. Cornel. Front.

Ciuica corona vide *Obſidionale*.

Ciues sunt, qui erant ante coloniam deductam: *Coloni* verò, qui deducti sunt. Donatus.

Quod *Ciuitas* ab Vrbe differat, indicat locus ille epistolæ Ciceronis ad Plancum. Liberasti igitur ciuitatem metu, vrbē periculo: *Vrbem* ergo, sicut & *Oppidum*, quod vrbem etiam significat, faciunt ædificia: *Ciuitas* est ipsorum ciuium multitudo. Donat.

Clam vide *Occultè*.

Claritas tam luminis, quàm perspicuitatis: *Claritudo* generis. Prior itaque splendoris, posterior nobilitatis est. Cornel. Front.

Claua ferit, *Clauus* firmiter cōnectit, *Clauis* verò omnia recludit. Agellius.

Clemens est circa rectè agentes: *Placidus* etiam circa delinquentes. *Clementis* est nulli lædere os. *Placidi*, arridere omnibus. *Clemens* animo, *Placidus* vultu. Donatus.

Clemens vide Facilis

Clemens vide *Iustum*.

Clupeum armorum: *Clypeum* imaginis

Cornel. Front.

Clypeus genere masculino significatione scuti ponitur, vt Labienus ait, Neutro autem genere imaginem significat. Plinius dubij sermonis secundo indistincto genere dici ait, sed litera differre, vt pugnatorium per I Clipeum dicamus, quod est à Clepere, id est cœlare dictum. Imaginem vero per u. à cluendo. Flo. Sosipat.

Coarguere est coercere, & compensare. A græt.

Cœna apud antiquos dicebatur, quod nunc est prandium: *Vesperna* quam nunc cœnam appellamus, *Cœnacula* dicuntur, ad quæ scalis ascenditur. S. Pompeius.

Cærulus naturæ color est, *Cæruleus* naturam fingit: ita alterum est, alterum fit. Cornel. Front.

Cæstus per diphtongum significat arma pugilum, habet etiam pluralem numerum & est quartæ formę. Nam

Cestus

Cestus, *Cesti* numeri singularis: sine diphtongo, baltheum Veneris. Seruius.

Cogitare scelus, animi est, & propriè refertur eò, *suscipere* autem facti atque operis, itaque *Suscipere* plus est quàm *Cogitare*. Agell.

Cogitare est dubitare: *Deliberare*, confirmare. Turpilius Philopatro. Certum ac deliberatum est, me illis obsequi. Non. Marcell.

Cogitatio, *Meditatio*, *Contemplatio*, *Consideratio* differunt. *Cogitatio* est respectus animi ad euagationem pronus. *Meditatio* est intuitus, occupatus in inquisitione veritatis. *Contemplatio* est liber animi intuitus in res. *Consideratio* est omnis operatio intellectus, vel processus rationis ex principiis pertingentibus ad contemplationem veritatis, sicut Meditatio. Agel.

Cognitorem à *Procuratore* distinguit Sextus Pompeius, vt sit *Cognitor*, qui litem alterius suscipit coràm, ab eo cui

datus est: *Procurator* autem absentis no mine autor sit. Deinde *Cognitor*, inqui Ascanius, est qui causam alicuius no uit familiariter, & præsentem defen dit. *Procurator* autem qui absentem *Aduocatus* præsentiam suam commo dat in iudicio, & ius suggerit: *Patronu* verba facit. Goclenius in obseruat linguæ Latinæ.

Cohum lorum quo temo buris cum iugo colligatur, à cohibendo dictum. *Co hum* poëtæ colum dixerunt, à chaos ex quo putabant, cœlum esse forma tum S. Pompeius.

Caligarius, artifex, *Caligaris* clarus. Flo. So sipat.

Colloquium cùm conuenitur in vnum tan tum loquendi causa. *Loquela* verbum quod in loquendo efferimus. Varro.

Colonia & Municipium, *Colonia à Municipi* differt quod illa ex ciuitate alio tra ducitur. *Municipes* aliunde in ciuitate veniunt, suúmque ius proprium ha bent. Donatus.

Columbæ quæ mansuetæ fieri possunt, & domibu

domibus assuescere. *Palumbes* feræ, arboribúsque & syluis, saxísque inhabitantes. Agræt.

Comedus, di, qui sua bona consumit; antiqui dixerunt. *comedio, onis*, recẽtiores: S. Pompeius.

Comes iter facit: *Assecla* sequitur potentiorem: *Sodalis* adolescentiæ nomen est: *cliens* implorat opem & fidem; Ita *comes* tutus, *Assecla* officiosus. *Sodalis* amicus, *cliens* submissus. Cornel. Front.

Committimus consilia: *credimus* pecuniam. Cornel. Front.

Commerere vide *Facere*.

Commereri vide *Mereri*.

Commodat mutuam pecuniam: *Accommodat* aptat. Cornel. Front.

Inter *commodatum* & *Mutuatum* non nihil distat. *commodamus* amico pro tẽpore equum, seruum, vestem, hanc ipsam rem quam dedimus; recepturi. *Mutuò damus* pecuniam, triticum, vinum, & his similia quæ mutuo data recipi necesse non est. Agræt.

Commodus esse quis potest, & alio tempore superuenire: *Opportunus* malum etiam aduentum habere potest. *commodum* in homine est, *Aduentus* in eius facto. Donatus.

Commodus vide *Bonus*.

Commonemus præterita, *Admonemus* præsentia, *Præmonemus* futura. Agrætius.

Commorari nõ esse habitare, patet ex hoc loco Ciceronis de Senectut. Ex hac vita ita discedo, tanquam ex hospitio, non tanquam è domo, *commorandi* enim natura diuersorium nobis non habitandi dedit. *commorari* igitur alicubi est *Verzihen still ligen an einem orth*. *commoramur* vt in hospitio ad tempus. *Habitamus*, vt in domo, *commorari* est παροικεῖν, *Habitare* est κατοικεῖν Græcis: vbi moraris πῦ μένεις, id est vbi est tuum hospitium. Goclenius in obseruat. Latinæ linguæ.

Communitas est *Communicandi* voluntas.

Com

Communio, vndique munitio. Cornel. Front.

Comparare vide *Præparare*.

Comparia vasa Delphica semper sunt, vnde ipse Cicero dicebat, Scyphorum paria complura. Agtæt.

Compendium vtique ad pondus pertinet: *Dispendium* detexitur in ponderibus: *Damnum* dat omnibus: *Detrimentum* vsu tritum: *Iactura* quod iacitur ex onere nauis. Corn. Front.

Complura non nisi de numero maiore: *Plura* non nisi de duobus, Agtæt.

Comportare vide *Nunciare*.

Comptum genus libaminis, quod ex farina consperfa faciebant. *comptum*, Afranius pro ornatu, & cultu posuit. S. Pompeius.

Concedere vide *Ignoscere*.

Concertatio ipse actus. In Adelph. Nunquã vidi iniquius concertationem cõparatam. *certamen*, res ipsa de qua certatur. Virg. lib. 5. Æneid.

Velocis iaculi certamina ponit in vlmo.

Donat.

Concinnare est aptè componere, *concinere* est conuenire. Sext. Pompeius.

In *concione* stat, è *concione* venit, de *concione* dicit. Scaurus.

Condonare à *Donare* quid differat, *condonare* non nihil à *Donare* differt. Est enim *Donare* remittendo, concedendo. Vt crimen condonare pro Milone, vt: Pecunias debitoribus condonare, in Offic. Supplicium remittere & condonare. Vatinius ad Ciceronem.

Confectus vide *Lassus*.

Confeßio bonæ rei est, *coniuratio* malæ. Donatus.

Confidentia Fidentia discretionem pandit Cicero Tusc. quæstio. Qui fortis est, idem fidens, quoniam confidens mala consuetudine loquentium in vitio ponitur, ductum verbum à confidendo, quod laudis est. Qui autem est cõfidens, is profectò non extimescit, discrepat enim à timendo fidens. Non. Marcel.

Confidentia interdum in bona significatione

tione interdum in mala ponitur. *Fiducia* ſemper in bona. Donatus.

Confiteri vide *Iudicare*.

Confiteri vide *Profiteri*.

Confutatio vide *Refutatio*.

Congeries lapidum: tibi ſit *Glomeratio* fili: Lignorum propriè dicitur eſſe *Strues*.

Congiarium dictum eſt à congio. Eſt autē congius menſuræ nomen, ſex capax ſextariorum, vt Priſcianus autor eſt, *congiarium* ponitur pro munere Imperatorio, ſeu Imperatoris quod populo datur. *Donatiuum* pro eo, quod militibus erogatur. *Donaria* ſunt munera ſeu dona, quæ Deo offeruntur, ſeu templorum ærariis conſecrantur Ἀναθήματα. Goclenius.

Conſcius vide *Scius*.

Conſcribere eſt multa ſimul ſcribere. *Exſcribere*, quod ab aliis ſcriptum ſit, trāſferre. *Tranſcribere*, cum ius noſtrum in alium tranſit. *Inſcribere* accuſationis eſt, vel occaſionis. *Adſcribere* ſignificationis eſt, *Deſcribere*, dictionis vel ordinationis eſt. Agræt.

Consecrari vide *Dedicare.*

Conserere manum dicimus cum hoste, *Asserere* manu, cum libertatem comprehendimus. Varro.

Consequimur studio, *Obsequimur* officio, *Persequimur* iniuria, *Prosequimur* ordine, *Assequimur* voto. Agræt.

Conseruamus parta: *Quærimus* noua: *Parcimus* omnibus. Donatus.

Consideratus prouerbium ex cognomine, *consideratus* ex participio. Cornel. Front.

Consilium, in bonis animi: *Res* in potestate fortunæ. Donatus.

Consobrini vide *Sobrini.*

Consors siue consortes sunt qui fortuna eadem, *Socij* vno eodémque labore, *Collegæ* officio. Agell.

Conspicere vide *Aspicere.*

Construere vide *Extruere.*

Constantia & *Firmitas* sic differunt, quod *Firmitas* est virtus faciens permanentiam in opere, sed *constantia* in proposito. Donatus.

Consuescimus bona, *Insuescimus* mala, *Assues-*

suescimus vtraque. Agræt.

Consularis & *consul* differt, *consulares* vocabantur non solum qui ipsi consules fuerant, sed quorum maiores etiam consulatum gesserant. *consul* qui iam in officio. Donatus.

Consulo tibi & *consulo te* differunt hoc modo. *consulo* te doctum, *Consulo* tibi, id est res tuas curo. Agell.

Consultor est, qui consulit, *consultus* qui consulitur, *consultum* verò res ipsa de qua consulitur. Seruius.

Contemnere & despicere eo distant, quod *Despicere* grauius quàm *Contemnere*, Cicero de Senectute. Contemni se putant, despici, illudi. Item in Verrem actione 3. Quemque contempserit, despexerit, liberum esse nunquam duxerit. Idem ad Cæsarem libro 3. Amici nonnulli te contemni, ac despici, ac pro nihilo haberi senatus voluit. Non. Marcel.

C*ontinens* ita differt à *Temperante*, quod *Continens* prauas quidem cupiditates

habere poteſt, à quibus tamen vinci non ſinit: *Temperans* verò huiuſmodi cupiditates habere non poteſt, quia in eo habitus quidam eſt refrenans, & abigens illas, qui in cõtinente non eſt. Donatus.

Continens ab *Obſtinato* differt, quod *Obſtinatus* eſt ille, qui perſiſtit in ratione peruerſa, abſtinens à bonis. *Continens* verò propriè eſt, qui perſiſtit in ratione recta, à prauis concupiſcentiis abſtinens. Agel.

Contingunt bona, *Accidunt* mala, *Eueniunt* vtraque. Agræt.

Continuè aſsiduè, *continuatè*, ſine intermiſsione. Cornel. Front.

Contrà particula antitheſeωs eſt: *Viciſsim* alternationis, (Germani dicũt *Abgewechſelter weiß*) ſed tamen nonnunquam ab optimis Latinis Contrà pro Viciſsim ponitur. P. Manutius. Fratres habet mea vxor duos, quos ego ambos vnicè diligo: Contráque ipſi mihi ſingularem non modò beneuolentiam, verumetiam obſeruantiam præ-

præſtant, Germani *Dergegen*. Goclenius in obſer. Latinæ linguæ.

Contrarium, negotium: *Aduerſarius* homo. Cornel. Front.

Controuerſiæ ſunt in facto, *Iudicia* in iure: *controuerſiæ* ad litigatores & teſtes, *Iudicia* ad iudices referuntur. *Lis* quidā volunt propriè dici ante cōteſtatam controuerſiam poſt conteſtatam litem, ſed litem & controuerſiam ſæpiſsime pro eodem accipi certum eſt. Scaliger.

Contumeliam inferunt. *Iniuriam* patiuntur homines. Hinc Pacuuius. Patior facilè iniuriam, ſi es vacua à contumelia. Cornel. Front.

Conuenit in vnum, *coit* in multos. Corne. Front.

Copia à *Varietate* ſic diſtinguitur, quod poteſt eſſe *copia* aliquarum rerum ſine *Varietate*: vt ſi quis Homeros, vt ita dicam, mille habeat, & nullos præterea poetas, magnam hic quidem copiam librorum Homeri habet, ſed non poetarum varietatem. Sic in ora-

tione vno qui modo dicunt, iisdémque perpetuo verbis vtuntur, copiosi quidem esse & dici possunt, sed nulla dicendi varietate delectantur. Scaliger, item Goclenius in obseruatione Latinæ linguæ.

Copiæ de exercitu numero plurali dicimus, vt Salustius. Memorare possem, quibus in locis maximis hostium copias pop. Rom. parua manu fuderit. *copia* verò aliarum rerum est. Seruius.

C*oràm* indiget adiectione. *Palàm* non indiget. *coràm* ad certas personas refertur, vt *coràm* quem quæritis, adsum *Palàm* generaliter seu ad omnes. Donatus.

C*orinthium* ciuem dicimus, *corinthiacum* vas, *corinthiensem* fontem. Cornelius Front.

C*ornus* ipsa arbor dicitur: *Pomum* verò *cornum & corna*, vt, Lapidosáque corna. Seruius.

C*orona* à *Diademate* differt. *corona* etiam priuatorum est, & magistratum geren-

rentium honoris cauſa delata. *Diademia* regum tantum eſt. Agell.

C*orrigimus* praua. *Inflectimus*, quę fuerunt recta. Agell.

C*orrupta* iudicia ſunt in iis, qui acceperunt pecuniam. *contaminata* in iis, qui offenſione ordinis infamantur, Aſcon.

C*orruptela* ipſa res eſt, *corruptio* corrumpentis adminiſtratio. Cornelius Front.

C*oryli*, propriè dicuntur *Auellanæ* ab Auella oppido Campaniæ, vbi abundant, nominatæ ſunt. Seruius.

C*raſſari* in corporeis eſt, & ſanguineis. *Graſſari*, aut animi aut crudelitatis. Agræt.

C*reatio* differt à *Generatione*: quia *creatio* nihil præſupponit, *Generatio* autem præſupponit materiam, & ab omni alia mutatione, quia præſupponit ſubiectum. Thom. 2. ſenten. dict. 1. quæſt. 1. art. 2.

C*redimus* quod plerunque falſum eſt. *Intelligimus* quod certum eſt. Donat.

Creditum à credo deducitur, & significat id, quod nobis debetur. Differtque hoc à mutuo, quo genus à specie. Nã *Creditum* consistit extra eas res, quæ pondere, numero, mensuráve continentur: sicuti si eandem rem recepturi sumus, *creditum* est, non autem *Mutuum*. Item *Mutuum* non potest esse nisi pecunia, aut alia res proficiscatur. *creditum* autem fit interdum, etiam si nihil proficiscatur, veluti si post nuptias dos promittatur. Donatus.

Cruor in venis, *sanguis* verò per totũ corpus fusus. Agell.

Crustam cum dicimus fœminino genere lapidis aut ligni, aut gelu partem significamus. Cùm verò *crustum*, edulium aliquod significamus, partem panis, vel placentæ. Virgilius lib. 7. Æneid.

Orbem fatalis Crusti. Item Horat.
dant crustula blandi
Doctores. Seruius.

Cubicularius est custos cubiculi, *Cubicularis* verò lectus cubiculo aptus. Fl. Sosip.

Cuius

Cuius ad perſonam refertur hominis. *Cuiatis* vnde ſignificat. Accius Telepho. Qui neque cuiatis, vnquam potuimus multa rogitantes ſcire. Non. Marcel.

Culmus eſt ipſe calamus. *Stipulæ* verò folia, quæ ambiunt culmum. Seruius.

Culpa vide *Opera*.

Culpatio vide *Vituperatio*.

Cum imperio eſſe dicebatur apud antiquos cui nominatim à populo dabatur imperium. *Cum poteſtate eſſe*, dicebatur de eo, qui à populo alicui negocio præficiebatur. S. Pompeius.

Cuncti. v. *Omnes*.

Cupes & *Cupedia*, antiqui lautiores cibos nominabant: inde & macellum & forum Cupedinis Romę appellabant. *Cupedia* autem à Cupiditate ſunt dicta. S. Pompeius.

Cupiditas & *Cupido* diuerſa ſunt, nam *Cupiditas* leuior eſt, Lucillius lib. 23.

Cupiditas ex homine, *Cupido* ex ſtulto nunquam tollitur, quod Cupiditas pars quędam ſit temperatior, defluens

ex cupidine,Non.Marcel.

Cupido & Amor idem significare videntur, sed est diuersitas. *Cupido* enim inconsideratæ est necessitatis. *Amor* iudicij. Plaut.Bacchid. Cupido te cōficit! anne amor? Idem. Curcul. discreuit,& vim eiusdem diuersitatis expressit dicens:Quod Venus, Cupidóque imperat, suadétque amor. Afran. Homine: Amabit sapiens, cupient cæteri.

Cupidinem cum genere fœminino dicimus cupiditatem significamus. Virgilius Aeneidos libro sexto.

--Quæ lucis miseris dat dira Cupido.

Cum masculino, Deum ipsum. Plaut. Mercat.

Cupido,quãtus es.Nęu.Gymnastico: Aedepol,Cupido, cum tam pusillus sis,nimis multũ vales. Non.Marcel.

Cur simpliciter percontatur, *Quare* causam, rationémq; desiderat.Corn. Front.

Cura est in spe bonorum. *Sollicitudo*, in metu malorum.Donatus.

Cura mentis est *Curatio*, medicinæ, *Curatura* diligentiæ. Donatus.

Cura animi est: *Opera* ad corpus, & animum. sicut etiam diligentia pertinet. Agell.

Curia locus est, vbi publicas curas gerebant, *Calabra* curia dicebatur, vbi tantum ratio sacrorum gerebatur. *Curiæ* etiam nominantur, in quibus vnicuiusque partis Pop. Romani quid geritur. *Curiata* comitia, à curiis appellata. S. Pompeius.

Curiales eiusdem curiæ, vt tribules, & municipes. *Curules* equi, quadrigales *Curules* magistratus appellati sunt, qui curru vehebantur. S. Pompeius.

Curiosus & *Studiosus* ita differunt, quia *Curiosus* est cupidus cognoscendi ea, quæ nihil ad se attinent: *Studiosus* verò quæ ad animum nutriendum liberaliter, & ordinaliter pertinent, intentissimè requirit. Donatus.

Cursatio & *Cursare*, vide *Trepidatio*.

D

Damnatus & Addictus & Obligatus, vel potius absolutus. Virgilius.

Quem damnet labor, aut quo vergat. id est quem virtus sua absoluat, aut victorem faciat. Nunquam Virgilius in duobus locis vnam rem ponebat, præsertim cum AVT interponeret cõiunctionem disiunctiuam, idem alio loco.

Damnabis tu quoque notis. Sicut voti reus dixerat hic, ita & absoluendos dixit: vnde & *iure damnas* istius & istum, *esto ligatum* dicitur, hoc est *soluendo esto istum*; quod solui omnibus modis, necesse est, etsi res aliena ligatur. Agræt.

Damnum à demtione cum minus re factum quam quanti constat: *Detrimentum* à detritu quod ea quæ trita minoris sunt pretij. Varro.

Damnum rei est. *Malum* ipsius hominis. Donatus.

Dapes

Dapes regum ſunt. *Epulæ* priuatorum, vel *Dapes* Deorum ſunt. *Epulæ* hominum. Seruius.

Dare eſt quod repetas, *Dedere* eſt ad perpetuum, *Damus* amicis. *Dedimus* tātum hoſtibus. Donatus.

Datæ è Gallia, inſcribunt quidam literis, item *Datæ in Roma* vitiosè: nam ſic dici oportet, *in Gallia*, *& Romæ*. *Dantur* enim in loco, afferuntur è loco, ſequitur vt dentur *in Gallia & Romæ*. Scaurus.

Decens in geſtu eſt, & motu corporis. *Formoſus* ab excellenti ſpecie dicitur. Cornel. Front.

Decidere vide *Cadere*.

Decor communis eſt omnium, & is facit decentiam ſpeciei. *Species* propria eſt cuiuſque. Itaque *Decor* in habitu eſt: *Species* in membris. Cornel. Front.

Decretum à *Lege* differt, *Lex* magis quàm *Decretum*. Lex enim munus Deorum eſt, *Decretum* verò prudentum hominum, *Lex* omnes homines obtemperare iubet. *Decretum* verò aliquos.

Pontanus.

Decus honoris: decor formæ, decorum actionis. Corn. Front.

Decus est instrumentum cuiusque: *Gloria* quasi honoris merces. Corn. Front.

Dedecoratur, quod honestum est in animo. Horatius, *dedecorant* benè nata culpæ. Donatus.

Dedere se pertinacibus: *obsequi* superioribus. Donatus.

Dedicatio & *Consecratio* differunt, vt maius & minus. Hęc enim maius quiddā videtur, quā illa. *Consecratio* enim facit ex prophano loco aut re sacrum: sed *dedicatio* bona consecrata, etiam alicui numini dedicat. Corn. Front.

Dedo, do, dedim, dabo, duint, dent. Terentius.

Deduco est prosequor; *diduco*, vide diuido.

Deduci vide *Adduci.*

Deduco, de amico producendo: *diduco* distraho. Agræt.

De nōnunquam perperam ponitur pro ex, *de prouincia* venire, qui se dicit, dicit

cit perperam. Imus enim *in prouinciam*, vt in nauem, vt in circum. *Eximus è prouincia*, vt è nauibus, è corsica. De *prouincia* existimamus, cùm de ea benè aut malè prædicamus. De *naui* dicimus, cùm longa an oneraria sint, rogamus, De *Circo*, cum Flaminius an Maximus. Vitiosè dicitur Senatum haberi *apud ædem* Apollinis, quod *in æde* dici oportet. *Et de Senatus sententia* vitiosè: nam habent dicere, vt ex mea sententia. Item quidam dicunt, *De Senatu ire*, dici potius quàm *è Senatu*: quod de eo, quo inimus dicimus, in: de, cùm redimus. *Ex Senatu eiectus* potius quàm de Senatu. Malè imperant, qui dicunt, *De tabulis* quid dicere. De tabulis enim is dicit, qui eas laudat, aut culpat: *è tabulis*, is dicit, qui quod in his est scriptum, recitat è scripto, quæ pronunciantur. Scaurus.

Deferre nomen est reũ facere, id propriè fit ante accusationem. *Accusare* est agere causam & reum suũ in iudicium

adducere. Agell.

Deficit ſocius, *Prodit* parens, *Deſerit* patronus. Salluſtius poſt defectionem ſociorum & Latij. Terent. Prodidiſti & te, & illam miſeram, & gnatum, quod quidem in te fuit. Plaut. Qui liberos habent eos deſerunt. Donatus.

Definitio à *Diffinitione* differt, quia definire eſt quaſi finem dare, diffinire verò, hoc eſt ab illo finiendo ac partiendo diſtinguere. Varro.

Defungi vide *Fungi*.

Delator qui defert ad accuſandum. *Dilator* qui differt ad proferendum. Martialis.

Traducta eſt Gyaris, nec cepit arena nocentes
Et delator habet quod dedit exilium.
Agræt.

Delectatio à *Gaudio* differt, quod *Delectatio* contingit ſecundum ſenſum exteriorem & interiorem. *Gaudium* verò ſecundum interiorem tantum. Dicitur autem delecto à delicio verbo, quod propriè eſt attraho & duco. Et quo-

niam

niam quæ grata & iucunda sunt, nos attrahere, atque allicere solent, factum est, vt delectare sit gratum esse, & iucunditate efficere, vnde delectatio, delectamentum, & delectamen. Varro.

Deleo manibus, *Extinguo* flamma. Donatus.

Deliberare vide *Cogitare*.

Delictum peccatum aliquando dicimus, *Delictum* militiæ. At alicuius rei exanimatæ *Delectationem* appellamus, nam *Diligi* affectionis, *Deligi* iudicij est. Agræt.

Qui deliquit, non fecit, quod facere debuit, *Qui peccauit*, hoc fecit, sed parum rectè. Corn. Front.

Deliratio senectuti conuenit. *Timor* conscientiæ. Donatus.

Delubrum, in quo homines pericula sua diluunt: ponunt enim vel pileum, vel scutum, vel alia suscepta votis. *Sacellum*, paruulum ædificium diis consecratum: *Templum*, in loco augurato: *Lucus* locus fulmine ictus, & arborum

ſpiſsitate tectus: *Fanum*, Fauno conſecratū, vnde *Fauni* appellabātur, prius & illi qui vagabātur Fanatici. *Bidental* locus fulmine tactus, & expiatus oue. *Bidentes* enim oues appellantur. Cornel. Front.

D*eluit* purgat, D*iluit* temperat. Liuius de morte Mithridatis. Quod cum diluiſſet. Agræt.

D*enunciari* vide *Nunciari*.

D*enunciatio* vide *Fides*.

D*eos* perpetuo dicimus, D*iuos* ex hominibus factos, quaſi diem obierint, vnde diuos & Imperatores vocamus. Iuuenalis.

Reſpice riuales diuorum.

Sed Varro & Ætrius (philologus Grammaticus) contrà ſentiunt, dicētes, Diuos perpetuos: Deos qui propter ſui conſecrationem timentur, vt ſunt dij manes, Quod Virgilius tangit in 12. dicens.

---Turni ſic affata ſororum.

Diua Deam, ſtagnis quæ fluminibúſque ſonoris præſidet. Seruius.

Depo-

Deponitur in sequestri, *Accipitur* ab eo qui corrumpitur, *Recipitur* id est, promittitur, id est pro iudicato respondetur. Ascon.

·*Deportare*, deponere, *Adportare*, est aliquid afferre: *Comportare*, in vnum locum conferre, *Exportare*, de loco tollere. Agræt.

Deportare vide *Asportare*.

Deprecari vide *Precari*.

Derectum in rectum vadens, *directum* in latera aptatum. Agræt.

Derogare & *Abrogare* differunt, *derogatur* legi, cùm pars detrahitur. *Abrogatur* legi, quum prorsus tollitur. A. gell.

Deridere vide *Ridere*.

Describere vide *Conscribere*.

Descriptio differt à *Definitione* quòd *Descriptio* est rei propositæ per quasdam proprietates declaratio, vt homo est corpus bipes, caput erectũ habẽs, spectánsque in cœlũ. *Definitio* verò est rei propositæ, propria, & dilucida & breuiter comprehensa verbis enũciatio,

vt Homo eſt animal rationis capax.

Deſpicatus, *Deſpectus*. Terentius.

Deſpicere vide *Contemnere*.

Deſpiciens, deorſum aſpiciens, *Suſpiciens*, ſurſum aſpiciens. Seruius.

Deſpondere vide *Spondere*.

Deſpondet puellam qui petit: *Spondet*, à quo petitur. Donatus.

Deſtrictus poteſt eſſe ſine vinculis in diuerſum manu ducentium ferri. *Obligatus* etiam nodis vinclorum in loco intelligitur. Plus eſt ergò *Obligatum* eſſe, quàm *Deſtrictum*. Aſcon.

Deterius vide *Peius*.

Detractio à *contumelia* differt, quia *Contumelioſus* per aperta dicta intendit honori derogare: *Detractor* verò in abſentia proximi eius famam lædit. Donat.

Detrimentum vel vnius partis dici poteſt: *Intertrimentum* verò ad vtriuſque partem ſpectat, dantis & accipientis. Aſconius.

Deturbamus propriè de loco multitudine & vi maiore. *Repellimus* eum, qui vim adfert, ídque ſoli etiam. Donatus.

Deuncem, decem vncias, *Diuncem* vndecim, Agræt.

Dicere vide *Argumentari*.

Cum diceres verbo actiuo coniunctiuo modo. *Diceris* verbo passiuò indicatiuo modo. Agræt.

Dicimus quod volumus, *Loquimur* inuicem: *Narramus*, quod ignoratur. Cornel. Front.

Dicere sententiam & *Ferre* differũt, nam iudex fert. Senator dicit. Donatus.

Dicta vide *Sperata*.

Die quarta, & *die quarto* hoc differre prudentes volunt, (quorum tamen auctoritas in obscuro est.) vt sit *Die quarto* temporis præteriti. *Die quarta* futuri. Non. Marcell.

Dignitas & *Venustas* differunt, quod *Dignitas* viris. *Venustas* verò est fœminis attributa. Cicero. Venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem. Donatus.

Diligentia à deligendo singula, huic negligentia opponitur, nec recipit errorem. *Cura* animi est quæ anxium facit

hominem, & tam honestæ quàm inhonestæ rei est. Cornel Front.

Diligo, *Amo*, *Colo*, differunt. *Diligere* interdum est vehementer non leuiter amare, ne illud teneas vt perpetuum; apud Ciceronem quod paulo ante posuimus. Pro P. Sestio, Me ipsum pro summa eius familiaritate, quæ cum patre eius mihi erat, vnicè diligebat. In primo de Offic. Ei plurimum tribuamus, à quo plurimum diligimur. Et libro 2. Vxorem Theben admodum diligeret pro L. Flac. Venio nunc ad eam ciuitatem, in quam ego multa & magna officia cōtuli, & quam meus frater in primis colit atque diligit. Libro Epist. Famil. 13. Me à te inprimis cœptum esse obseruari, coli, diligi: Alibi, Meque prę cæteris & colit & obseruat, & diligit, Colere modò est Venerari seu cultum tribuere maioribus: modò est prosequi: sic colimus pares amore & officio, minores humanitate & beneficiis: id est, prosequimur amore, offi-

re, officio. Scaliger.

Dimidiatum calicem bibi, non *dimidium* dicere debemus: non enim ipse vas bibis, sed quod intra vas est. Agræt.

Discedere vide *Amoliri*.

Disciplina vide *Studium*.

Discordia à bello differt. *Discordia* priuatorum est, *Bellum* multitudinis & publicum. Donatus.

Discrimen tam ad periculum, quàm ad experimentum refertur. Agræt.

Dispendium, *Damnum*, item *Detrimentum* vide *Compendium*.

Disperij, per Deos perij. Terentius.

Dispositio vide *Ordinatio*.

Dissimulamus nota, *Simulamus* ignota, *Dissimulamus* quod scimus, *Simulamus* quod non scimus. Vt Sallustius. Cuiuslibet rei simulator, & dissimulator. de Catilina. Seruius.

Distrahere à trahendo, *Deducere* à ducendo. C. Front.

Diues vide *Locuples*.

Diues à diuo, qui vt Deus, nullo videtur indigere. *Opulentus* ab ope, cui ea

optime: *Pecuniosus* à pecunia magna. Varro.

Diuiduum à diuisione: *Dimidium* à dimensione dicimus. Donatus.

Diuinitus cum dicimus ex Dei mente factum significamus, *Diuinè* verò cum laudamus. Sosipat.

Diuortium inter virum & vxorem fit. *Repudium* sponsæ remittitur. Modestin.

D*ocet* poeta, *Discit* Scenicus. Donatus.

D*octum & peritum esse*, cum simile videatur à Cicerone discretũ est, vt sit *Peritum* plus quàm quod *doctum*: de offic. lib. 3. Itaque cùm sint docti, à peritis desistunt facilè sententia.

D*olor* vide *Iracundia*.

D*olus* à lædendo dictus est, id est à dolãdo, id est minuendo. Nam & δόλος Græcis læsio dicitur, & *Dolones* tela quædam bellica, & *Dolare* fabri, lignũ est ascia cædere. Donat.

D*olus* duplex habetur, bonus qui cautorũ est, quo fraudẽ, malásq. artes repellant: & malus, per quem ad iniqua, captiosáque, qui peruerso sunt ingenio, impel-

impelluntur. Prior pudicitiæ comes, ſequitur iuſtitiam : poſterior, ſubdolorum eſt, atque fallacium,fraudis ſatelles,ad ſuas tantum vtilitates omnia referens, id eſt, omnem ciuilis ſocietatis conſeruandę rationem euertens. Pontanus.

Donum & maiorum & minorum rectè dicitur.*Munus* verò minorum. Nã regna,vrbes,prædia dono dari paſſim legimus: munera dari non item. *Munus* propriè eſt, quod neceſſariò ſubimus, lege,more,Imperióve eius, qui iubẽdi habet poteſtatem. *Dona* autẽ propriè ſunt, quæ nulla neceſſitate, iure aut officio,ſed ſpontè præſtantur:quę ſi non præſtentur nulla reprehenſio eſt. Et ſi præſtentur, plerunque locus quædam eſt. Goclenius in obſeruat. Latinæ linguę.

Donum dantis eſt : Munus accipientis: illud à dando, hoc à muniendo vel à mouendo dicimus.Agræt.

Dracones vide *Angues*.

Dryades vide *Naiades*.

Dubius vide *Incertus.*

Ducere est apud alium, & palàm *Subducere* apud seipsum & secretò. Donatus.

Duci vide *Abduci.*

Ducimus volentes. Abducimus inuitos. Donatus.

Ducitur quis ad supplicium. *Deducitur* ad lætitiam. Donatus.

Duriter, sine sensu laboris, *Durè* crudeliter, illud ad laborem, hoc ad sæuitiã. *Durè*, in alterum, *Duriter* in nos aliquid facimus. Donatus.

E

Eboreum, & *Eboratum*. *Eburnum* ita placuit distingui, vt *Eboreum* sit ex solido ebore confectum. *Eboratum* extrinsecus ebore ornatum. *Eburnum* à similitudine eboris aptatum. Flo. Sosipat.

Ebriosum ab Ebrio distinguit Cicero libr. Tusc. quæst. 4. vt *Iracundum ab irato & amato-*

matorem ab amante quod hic in actio-ne sit: illi autem ad actionem procliuitas sit, etiamsi in actione non sit.

ius & Ebriosus sic differunt, quod *Ebrius* est, qui nimio potu est alienatus mente. *Ebriosus*, qui sæpe fit ebrius. Ita *Ebrietas & Ebriositas* differunt, quòd *Ebrietas* fit ex causa, *Ebriositas* fit ex moribus. Ab ebrius fit inebrio, & eius passiuum inebrior, & ebriosè aduerbium, id est ad ebrij similitudinem. Et ebriolo verbum dicebant antiqui. Laberius, Ebriolati mentem hilariam arripiunt. Flo. Sosipat.

ca ipsa, ecce ea ipsa. Terent.

quando, increpando, vel inquirendo, interrogantis aduerbium est. *Quando* simpliciter loquentis.

ce cum ostendis. *En*, cum increpas Cicero En cui tu quoque liberos tutò committas. Agret.

cum, ecce eum vel ipsum Terentius.

ter Edere & Reddere rationes, multum interest, nec is qui edere iussus sit

reliquum reddere debet, nam & argentarius edere rationem videtur etiamsi quod reliquum sit apud eum non soluat, Pomponius li.6. Ad Sabinum.

Edepol vide *Pol.*

Inter Edico & Indico.

Edicunt Reges, Indicit festa Sacerdos

Edicimus quod iubemus fieri. *Interdicimus* quod vetamus fieri. *Edicimus* vni generi hominum. *Interdicimus* diuersis. Donatus.

Educare vide *Alere.*

Educere & Educare hanc habent distantiam, *Educere* est extra trahere. *Educare* enutrire & prouehere. Varro de liberis educandis. Educit enim obstetrix, educat nutrix, instituit pædagogus, docet magister. Non. Marcel.

Efferri dicuntur cadauera mortuorum. *Ire* propriè ad exequias. Terentius in Andria. Efferturimus. Virgilius.

Ite, ait, egregias animas.

Effertur qui portatur, & *Efferunt* qui laudando

dando extollunt: Cicero: Nimium hæc illi fortaſſe efferunt. Agræt.

Efficitur vide *Fit.*

Eho & *Ehodum* vide *Heus.*

Eleuamus, & quæ in altum, *Extollimus*, & quæ alleuiamus, id eſt leuiora facimus. Agræt.

Eligere vide *Legere.*

Elinguis habet linguam, ſed vſu eius caret, *Elinguatus* amiſit. Cornel. Front.

Elixum vide *Aſſum.*

Eloquens vide *Loquax.*

Eloquentia perfecta vis orationis. *Eloquii* pars ſuppoſita commodè eloquendi. Cornel. Front.

Eloqui vide *Loqui.*

Eluxit qui luctum deponit: *Illuxit*, cum lumen apparuit. Agræt.

Eminere habet ſignificationem præſtantiæ & excellentiæ. *Enitere* claritatis: Agræt.

Enaſci vide *Naſci.*

Eniti, *Inniti*, *Obniti*, cum ex vno ſint intellectu, acceptis tamen prępoſitionibus fit diuerſum. *Eniti* enim poteſt videri

aut aliquam gratiam, aut honorem, aut vtilitatem ærumnoſo tẽdere ſine labore, quanquam in aliquibus grauius audiatur, vt ſint enixæ pariendi labore defunctæ. *Inniti* autem incumbere manifeſtum eſt. Virg. lib. 6.

Ille vides pura iuuenis qui nititur haſta.

Obniti verò eſt contrà aduerſarium obluctari. Virg. 4. Georg.

Vſque adeo obnixi non cedere,
Et alibi.
Obnixi torquent ſpumas, & cœrula nectunt.
Terent. in Andria.
Pedibus manibúſque obnixè omnia facturum. Non. Marcel.

Επιείκεια differt ab *Clementia* quòd ἐπιείκεια ſit ſecundum intentionem legis. *Clementia* moderatur affectum in pœnis infligendis ſecundùm legem communem ex dulcedine affectus. Donatus.

Επικήδιον eſt, quod dicitur cadauere nõdum ſepulto. Virg. in Bucol.

Extin-

Extinctum Nymphæ crudeli funere Daphnim.

Ἐπιτάφιον post completam sepulturam dicitur, vt:

Daphnis ego in syluis hinc vsque ad sidera notus. Seruius.

Epulæ vide *Dapes*. Seruius.

Ergastulum & Ergastulus vt genere ita & intellectibus differunt. Nam neutro carceris locus est, masculino custos loci pœnalis. Lucill. lib. 15. Non ergastulus vnus & alius iudicem opposuit, vt nemo sententiam liberè, quasi ergastulus dici possit. Non. Marcell.

Eripere vide *Auferre*.

Eripere est de manibus auferre per raptum. *Eximere*, quoquo modo auferre. Donat.

Errare dicitur, ἀπὸ τοῦ ἔῤῥειν. *Hallucinari* ex eo quod Græcè dicitur ἀλύειν. Agell.

Erraticus & potest errare, & solet: *Erratitius* animus est qui solet errare, & desinit: *Erratio* enim animi est repentina commotio: *Error* est rei

vitium, vt amor, dolor: *Erratio* incertæ viæ. Terent. ſanè hac multò propius ibis, & minor eſt erratio. Corn. Front

Erratio pecudum eſt: *Error* animi eſt, & in quo erratur. Donatus.

Erratrix, per ſe rapta eſt, vt venatrix: *Erratica*, vt hedera vitis. Cornel. Front.

Error, *Neſcientia*, *& Ignorantia* differunt, quod *Neſcientia* ſimplicem negationē ſcientiæ importat, *Ignorantia* verò quandoque ſignificat ſcientiæ priuationem. Et tunc ignorantia eſt carentia ſcientiæ, quam quis natus eſt habere. Hoc enim eſt de ratione cuiuſlibet priuationis. Quandoque autem ignorantia eſt aliquid ſcientiæ contrarium, quæ dicitur ignorantia peruerſæ diſpoſitionis, puta, cum quis habet habitum falſorum principiorum, & falſarum opinionum, ex quibus impeditur à ſcientia veritatis. *Error autem* eſt approbatio falſorum pro veris, vnde approbare falſa pro veris addit actum quendam ſuper ignorantiam. Poteſt eſſe ignorantia ſine hoc,

quod

quod aliquis de ignotis sentētiā ferat. Et tunc ignorās est, & non errās. Sed quando iam falsam sententiam fert de his, quæ nescit, tunc propriè dicitur errare. Ex B. Thom. in quæstionibus de Malo, q.3. art.3.

Esse talē, & Haberi pro tali diuersa sunt. l. mercis, & ibi. Glos. de verb. significa.

Esse in possessione & possidere diuersa sunt. l. si quis autorem §.1. de acquir. poss.

Est non solum futurum, sed interdum etiam præteritum tempus demōstrat, nam cum dicimus *Lucius Titius solutus est ab obligatione*: & pręteritum: & pręsens significamus: sicut hoc *Lucius Titius alligatus est*. & idem fit cum ita loquimur. *Troia capta est*, non enim ad præsentis facti demonstrationem refertur is sermo, sed ad præteritum: Propriè vero præsens tempus notat.

Etsi, tametsi, pro quamuis. Terent.

Eu, Eia, Euge, Age Agedum hortandi. Terentius.

Euenire vide *Contingere*.

Euocari vide *Aduocari*.

Exacuere vide *Acuere.*

Exanimatus, est conterritus, conturbatus. Terentius in Andria. Quidnam Pamphilum exanimatum video. Donatus.

Exanimus vide *Occisus.*

E*xanimatus*, est perturbatus. Virgil.
Exanimatæ sequens impingeret agmina muris.

Exanimus mortuus. Idem.
Corpus exanimum positum Pallantis. Donatus.

Excoctum vide *Assum.*

E*xcogitare* & *Cogitare* differunt, quia *Cogitare* est animo, vel mente rimari. *Excogitare* verò est cogitando inuenire. Donatus.

Excubiæ sunt diurnæ. *Vigiliæ* nocturnæ. Seruius.

Exemplum facere, id est pœnam constituere. Terentius.

E*xercitus* laboribus, *Exercitatus* studiis. Agræt.

Exhibere & *Restituere* hanc habent differentiam, *Exhibet*, qui præstat eius de quo

de quo agitur præſentiam: nam etiam qui ſiſtit, præſtat eius de quo agitur præſentiam, nec tamen eum exhibet, & qui mutum aut furioſum aut infantem exhibet, non poteſt videri eius præſtare præſentiam: nemo enim ex eo genere præſens ſatis aptè appellari poteſt. *Reſtituit* non tantum qui ſolum corpus, ſed etiam, qui ōmnem rem, conditionémque reddita cauſa præſtet, & tota reſtitutio iuris eſt interpretatio. Agell.

E*xigo*, expello, & ſperno. Terent.

E*xoleſcere*, vide *Adoleſcere*. Agræt.

E*xorator* vide *Orator*.

E*xpectamus* tam bona quàm mala, *Spectamus* bona tantùm. Donatus.

E*xpectamus* ante diem. *Speramus* ad diem. Donatus.

E*xpectatio* certorū: *Spes* incertorū: *Expectatio* rerum propinquarum: *Spes* longinquarum: *Expectatio* deſtinat tempus: *Spes* non deſtinat. Donatus.

E*xpectatur* venturus, *Spectatur*, qui videtur vel probatur. Donatus.

Expertus est aliquid, aut in bona parte, aut in mala. *Experrectus* de somno. Cornel.Front.

Expedire vide *Transigere*.

Expirare vide *Spirare*,

Expleri & Satiari, hanc habent differentiam: *Expleri* est tantummodo plenũ esse. Lucretius lib.3.

Deinde animi ingrata nunquam pascere semper,
Atque explere bonis rebus, satiaréque nunquam.

Virgilius Georgi.lib. 3.

Improbus ingluuiem, raníſque loquacibus explet.

Idem lib.6. Æneid.

Diſcedam, explebo numerum, reddárque tenebris.

Satiari verò ſupra modum & abundantiam. M. Tull. de repub.lib. VI. Graues enim dominæ cogitationum libidines infinita quædam cogunt, atque imperant: quæ, quia nec expleri, nec ſatiari vllo modo poſſunt, ad omne facinus impellunt eos, qui illecebris

cebris suis incenduntur. Non. Marcell.

Explorator à Speculatore hoc distat, quod *Speculator* hostilia silentio perspicit, *Explorator* pacata clamore cognoscit. S. Pompeius.

Exportare vide *Nunciari*. Agræt.

Expostulare est querelam apud eum ipsum deponere, de eo ipso qui fecit iniuriam: *Postulare* autem, querelam dicere de altero apud alterum. Donatus.

Expostulatio apud illum ipsum qui peccauit. *Postulatio*, de illo apud alterum. Donat.

Exscribere vide *Conscribere*. Agræt.

Externus est exteræ gentis: *Alienus* non loco sed re differt: *Extraneus*, qui extra eandem ianuam est: *Extrarius* qui extra eandem aream. Cornel. Front.

Inter *Extinguere* & *Opprimere* interesse voluit Cicero de amicitia, vt sit maius *Opprimere* quàm *Extinguere*. Quam obrem, inquit, primum danda opera est, ne qua amicorum dissidia fiant:

ſin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppreſſæ videantur. Quaſi quod extinguitur, poſsit renouari, quod opprimitur, nõ queat. Non. Marcell.

Ex*tillari* vide *Stillare*.

Ex*torquere* vide *Torquere*.

Ex*trarius* eſt, qui extra forum, ſacramentum, iúſque ſit: *Externus* ex altera gente. *Extraneus* ex alia terra. *Exterraneus* quoque dicitur, qui ante tempus natus vel potius eiectus eſt: dicitur autem *Exterraneus*, quòd eum mater exterrita, aluo eiecit. Sextus Pompeius.

Extruere eſt in altum ducere: *Inſtruere* aciem vel actionem. *Aſtruere*, affirmare, *Conſtruere*, Struendo coniungere: *Subſtruere* eſt aliqua re ſubſternere, ſubpoſitare. Agræt.

Exultare & *Triumphare* hanc habent differentiam. *Exultare* propriè eſt frequenter exilire. *Triumphare* metaphoricè dicitur ſumta à triumphis in quibus omnis generis lætitia

expri-

exprimebatur.

Exultatio vide *Gaudium*.

F

Facere vide *Curatio*.

Facere vide *Agere*.

Facere vide *Scribere*.

Facere est in opere esse, *Efficere* perfectionem designat. Donatus.

Facetus est qui facit verbis, quod vult: *Lepidus* qui politus est, vt λεπτὸς: *Lautus* qui mundus & splendidus est. Donatus.

Facies vide *Vultus*.

Facilis est cuius ira citò soluitur, *Clemens* qui non irascitur. Donatus.

Facilis ad peccatum. *Beneuolus* ad iram refertur. Donatus.

Facilitas vide *Leuitas*.

Factio & *Factiosus* initiò honesta vocabula erant, nunc malorum consensus & cõspiratio dicitur. Vnde ferè videtur factiosi nobis esse, qui Ciceroni

Falcarij. *Factiones*, inquit Liuius fuere, erúntque pluribus populis maiori exitio, quàm bella, quàm fames, quàm morbi. S. Pompeius.

Factum & *Gestum* καταχρηστικῶς nihil distant Donatus.

Facultas loquentis. *Facilitas* artificis est. Itaque Diues facultatem habet vel emendi, vel redimendi: Artifex opera perficiendi facilitatem. Corne. Front.

Facultas est exercitationis. *Ratio* verò artis, vt est in eo ratio & facultas disserendi. Agell.

Fallacia simulationi annexa est, *Calliditas* ad ingenium refertur, *Machinatio* ex præcognita aliqua inuentione, manúque & arte conficitur, *Impostura* ab Impostoribus, id est deceptoribus: quos & planos vocant. Alciat. de verbo. significat.

Falsum vide *Ineptum*.

Falsum est, quo tegitur id quod factum est. *Vanum* quod fieri non potest: *Fictum* quod non est factum, & fieri potuit. *Falsum* est fictum mendacium, simile

mile veritati: *Vanum* nec possibile, nec verisimile: *Fictum* totum sine vero, sed verisimile, *Falsum* loqui mendacis est. *Fictum* callidi: *Vanum* stulti. *Falsum* loqui culpę est: *Fictum*, virtutis: *Vanum* vecordiæ. *Falsis* decipimur: *Fictis* delectamur: *Vana* contemnimus. Donatus.

Fama vide *Opinio.*

Fama inquit Scaliger est communis opinio, voce manifestata, & suspicione proueniens, *Rumor* verò non communis opinio, sed varia susurratio, minus ipsa fama efficax. Sed veteres non adeo multum differre *Famam à Rumore* existimauerunt. Valla *Famam & Rumorem* idem esse putabat, præterquam quod alterum Latinum: alterum è Græco. Callistratus in l. 3. de Testibus. Aliàs, inquit numerus testium, aliàs dignitas & autoritas, aliàs veluti consentiens famà confirmat rei de qua quæritur fidem. Itaque inconstãs fama, improbísque, vel etiam ignotis autoribus exorta, nullam adiicit fidẽ

quantumuis inuulgatæ: quamuis coniecturam facit, quia fallax est rumor.

Familia vide *Genus*.

Familiare ad dominum non refertur, cum amici familiares sint. *Familiarium*, quod seruo competit, vt sagum, gladius. Cornel. Front.

Familiaritas à *Necessitudine* differt. *Familiaritas* quandam quotidianæ consuetudinis, *Necessitudo* ob merita maiorem amicitiam, & voluntatum coniunctionem videtur notare, vt sint Græcis familiares οἰκεῖοι Atque hæc probè talem ad modum distingui videmus in Oratione pro R. Deiotaro. Familiaritatem consuetudo attulit, summam verò necessitudinem magna eius officia in me & in exercitum meum effecerunt. Deinde *Familiaritas* est propter vsum. *Necessitudo* propter coniunctionem sanguinis aut affinitatis. Goclenius in obseruat. Lati. linguę.

Inter *Familiaritatem*, *Amicitiam*, *Amorem*, hoc

hoc discrimen videtur esse, *Familiaritas* est vitæ, domus, atque hospitij: *Amicitia* verò amicorum est coniunctio. *Amor* potest esse sine amicitia. Donatus.

Familiaris est in ratione vitæ. *Socius* in rerum communicatione. *Collegium* publici instituti est. *Societas* in priuata ferè communione. *Sodalitas* est in hilaritate.

Seria res socium poscit : ludicra sodalem:
Iunge tibi comitem, si male nota via est. Goclenius.

anum vide *templum*.

tri nihil aliud est, quam ferre, id est loqui. Tametsi Varroni fatur is, qui primus significabilem vocem ore emittit, nullo ordine verborum seruato. Vnde pueri antequam id faciant, Infantes dicuntur. *Loquitur* autem is, qui suo loco vnumquodque verbum sciens ponit. Varro.

s ad religionem, *Iura* pertinent

ad hominem. Maro. Fas & iura sinunt: id est, diuina, & humana Iura permittunt. Seruius.

Fasti dies dicuntur, quibus diuina, humanáque agere licebat, nam & in eis feriæ inerant. *Nefasti*, quos ominosos antiquitas putabat: quidam ex nostris Ægyptios vel Reiecticios nominant. *Fasti* etiam libri dicuntur, quibus totius fit descriptio, & causæ festiuitatum explicantur. Vulgus Calendaria vocat.

Fastus de superbia, facit genitiuū fastuū: *Fastus* de libris, facit fastorum. Agræt.

Faustum & Festum his intellectibus discernuntur. etenim *Faustum* quasi à fauendo dictum, ac per hoc prosperum & propitium. vnde contrà infaustum minax, & inprosperum. *Festum*, verò solenniter lætum, & feriatum. Virgil. Æneid. lib. 6.

---Festósque dies de nomine Phœbi.

Terentius ô faustum & felicem hunc diem. Non. Marcel.

Feci quasi facinus: *Facere* enim quis & homici-

homicidium dicitur: *Commerui* minoris culpæ est, *Peccaui*, multo minoris, vel leuioris. In Andria Terent. Quid feci, quid commerui, aut quid peccaui. Donatus.

Felix ita natus est, *Fortunatus* cum opibus nomen accipit. Ita *Fœlix* naturæ bono fruitur, *Fortunatus* commodo temporis. Cornel. Front.

Ferè futurũ significat, *Aliquando* & *Nonnunquam* quod intermittere non patitur. Corriel. Front.

Ferialia diis manibus sacrata festa à ferẽdis pecudibus appellata. *Feria* à feriẽdis victimis appellata. S. Pomp.

Feroces animo, *Feri* leones, cæterique similes. Cornel. Front.

Ferus & Ferox, hanc habent distantiam, *Ferus* est sæuus, *Ferox* est fortis, Acc. Tereo: Nouus nouo dabunt, aduena animo audaci in medium proripit sese ferox. Sallust. Iugurth. bello. Ille animo feroci negat se toties fusum Numidam pertimescere. Virg. Æneidos lib. 2. Ferus omnia Iupiter Argos

quod *Flagrare* est incendi, & ardere, *Fragrare* verò olere, & in plurimis inuenitur ista discretio. Non. Marcel.

Flagrat dicimus quoties incendium significamus quod flatu alitur: vt, Flagrantibus aris, sed quoties odor qui fracta specie maior est, per R. dicimus *Fragrat*, vt Thymo fragrantia mella. Seruius.

Flauum dicimus rubeum, sicut Flaua Ceres. Agræt.

Flumen idem fluit & manet: *Fluuius* temporibus siccatur. Corn. Front.

Inter *Fœdus & Pactiones* hoc, quod *Pactio* potest esse contractus duorũ aut plurium, *Fœdera* autem sunt plurimorum, *Fœdera* à fide deriuant nonnulli quod in fœderibus fides interponeretur. Hinc *Fœderati*: quam vocem apud probatos autores, atque ipsum Ciceronem non raro inuenias: non autem Confederati. Item *Fœdera* publica sunt, vt regum, principum, ac Ciuitatum. *Pactiones* autem etiam priuatorum. Quid? An non duorum regum

fœdus

fœdus eſt, Eſt: ſed propter duos populos & duo regna: Item omne fœdus eſt pactio: ſed non omnis pactio eſt fœdus: *Fœdus* enim eſt ſpecies pacti.

Fœdum vide *Turpe.*

Fœnus & *fœneratores*, & lex de credita pecunia, *fœnebris*, à fœtu dicta, quod crediti nummi alios pariant, vt apud Græcos eadem res *τόκος* dicitur: *Fœnum* quoque pratorum ab hac cauſa eſt appellatum, quando idipſum manens, quotannis nouum parit, vnde etiam feſtuca vocata eſt. Non. Marcell.

Fœnus appellatur naturalis terræ fœtus, ob quam cauſam, & nummorum fœtus, *fœnus* eſt vocatum, & de ea re leges *fœnebres*. S. Pompeius.

Fora & *fori*, vt genere, ita & intellectibus diſcernuntur, *neutro* enim loca ſunt, quibus ius dicitur, *maſculino* ſpatia in nauibus, vt Virgilius lib. 6. Æneid.

Inde alias animas, quæ per iuga longa ſedebant,

Deturbat laxátque foros, ſimul ac-

ſin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppreſſæ videantur. Quaſi quod extinguitur, poſsit renouari, quod opprimitur, nõ queat. Non. Marcell.

E*xtillari* vide *Stillare*.

E*xtorquere* vide *Torquere*.

E*xtrarius* eſt, qui extra forum, ſacramentum, iúſque ſit: *Externus* ex altera gente. *Extraneus* ex alia terra. *Exterraneus* quoque dicitur, qui ante tempus natus vel potius eiectus eſt: dicitur autem E*xterraneus*, quòd eum mater exterrita, aluo eiecit. Sextus Pompeius.

Extruere eſt in altum ducere: *Inſtruere* aciem vel actionem. *Aſtruere*, affirmare, *Conſtruere*, Struendo coniungere: *Subſtruere* eſt aliqua re ſubſternere, ſubpoſitare. Agræt.

Exultare & *Triumphare* hanc habent differentiam. *Exultare* propriè eſt frequenter exilire. *Triumphare* metaphoricè dicitur ſumta à triumphis in quibus omnis generis lætitia expri-

exprimebatur.

Exultatio vide *Gaudium.*

F

Facere vide *Curatio.*

Facere vide *Agere.*

Facere vide *Scribere.*

Facere est in opere esse, *Efficere* perfectionem designat. Donatus.

Facetus est qui facit verbis, quod vult: *Lepidus* qui politus est, vt λεπὶς: *Lautus* qui mundus & splendidus est. Donatus.

Facies vide *Vultus.*

Facilis est cuius ira citò soluitur, *Clemens* qui non irascitur. Donatus.

Facilis ad peccatum. *Beneuolus* ad iram refertur. Donatus.

Facilitas vide *Leuitas.*

Factio & *Factiosus* initiò honesta vocabula erant, nunc malorum consensus & cōspiratio dicitur. Vnde ferè videtur factiosi nobis esse, qui Ciceroni

Falcarij. *Factiones*, inquit Liuius fuere, eruntque pluribus populis maiori exitio, quàm bella, quàm fames, quàm morbi. S. Pompeius.

Factum & *Gestum* κατεχρηστικῶς nihil distant Donatus.

Facultas loquentis. Facilitas artificis est. Itaque Diues facultatem habet vel emendi, vel redimendi: Artifex opera perficiendi facilitatem. Corne. Front.

Facultas est exercitationis. *Ratio* verò artis, vt est in eo ratio & facultas disserendi. Agell.

Fallacia simulationi annexa est, *Calliditas* ad ingenium refertur, *Machinatio* ex præcognita aliqua inuentione, manúque & arte conficitur, *Impostura* ab Impostoribus, id est deceptoribus: quos & planos vocant. Alciat. de verbo. significat.

Falsum vide *Ineptum*.

Falsum est, quo tegitur id quod factum est. *Vanum* quod fieri non potest: *Fictum* quod non est factum, & fieri potuit. *Falsum* est fictum mendacium, simile

mileveritati: *Vanum* nec possibile, nec verisimile: *Fictum* totum sine vero, sed verisimile, *Falsum* loqui mendacis est. *Fictum* callidi: *Vanum* stulti. *Falsum* loqui culpę est: *Fictum*, virtutis: *Vanum* vecordiæ. *Falsis* decipimur: *Fictis* delectamur: *Vana* contemnimus. Donatus.

Fama vide *Opinio*.

Fama inquit Scaliger est communis opinio, voce manifestata, & suspicione proueniens, *Rumor* verò non communis opinio, sed varia susurratio, minus ipsa fama efficax. Sed veteres non adeo multum differre *Famam à Rumore* existimauerunt. Valla *Famam & Rumorem* idem esse putabat, præterquam quod alterum Latinum: alterum è Græco. Callistratus in l. 3. de Testibus. Aliàs, inquit numerus testium, aliàs dignitas & autoritas, aliàs veluti consentiens fama confirmat rei de qua quæritur fidem. Itaque inconstãs fama, improbísque, vel etiam ignotis autoribus exorta, nullam adiicit fidẽ

quantumuis inuulgatæ:quamuis coniecturam facit, quia fallax eſt rumor.

Familia vide *Genus*.

Familiare ad dominum non refertur, cum amici familiares ſint. *Familiarium*, quod ſeruo competit, vt ſagum, gladius. Cornel. Front.

Familiaritas à Neceßitudine differt. *Familiaritas* quandam quotidianæ conſuetudinis, *Neceßitudo* ob merita maiorem amicitiam, & voluntatum coniunctionem videtur notare, vt ſint Græcis familiares οἰκεῖοι Atque hæc probè talem ad modum diſtingui videmus in Oratione pro R. Deiotaro. Familiaritatem conſuetudo attulit, ſummam verò neceſſitudinem magna eius officia in me & in exercitum meum effecerunt. Deinde *Familiaritas* eſt propter vſum. *Neceßitudo* propter coniunctionem ſanguinis aut affinitatis. Goclenius in obſeruat. Lati. linguę.

Inter *Familiaritatem*, *Amicitiam*, *Amorem*, hoc

hoc diſcrimen videtur eſſe, *Familiaritas* eſt vitæ, domus, atque hoſpitij: *Amicitia* verò amicorum eſt coniunctio. *Amor* poteſt eſſe ſine amicitia. Donatus.

Familiaris eſt in ratione vitæ. *Socius* in rerum communicatione. *Collegium* publici inſtituti eſt. *Societas* in priuata ferè communione. *Sodalitas* eſt in hilaritate.

Seria res ſocium poſcit: ludicra ſodalem:
Iunge tibi comitem, ſi male nota via eſt. Goclenius.

Fanum vide *templum*.

Fari nihil aliud eſt, quam ferre, id eſt loqui. Tametſi Varroni fatur is, qui primus ſignificabilem vocem ore emittit, nullo ordine verborum ſeruato. Vnde pueri antequam id faciant, Infantes dicuntur. *Loquitur* autem is, qui ſuo loco vnumquodque verbum ſciens ponit. Varro.

Fas ad religionem, *Iura* pertinent

ad hominem. Maro. Fas & iura sinunt: id est, diuina, & humana Iura permittunt. Seruius.

Fasti dies dicuntur, quibus diuina, humanáque agere licebat, nam & in eis feriæ inerant. *Nefasti*, quos ominosos antiquitas putabat: quidam ex nostris Ægyptios vel Reiecticios nominant. *Fasti* etiam libri dicuntur, quibus totius fit descriptio, & causæ festiuitatum explicantur. Vulgus Calendaria vocat.

Fastus de superbia, facit genitiuũ fastuũ: *Fastus* de libris, facit fastorum. Agræt.

Faustum & Festum his intellectibus discernuntur. etenim *Faustum* quasi à fauendo dictum; ac per hoc prosperum & propitium. vnde contrà infaustum minax, & inprosperum. *Festum*, verò solenniter lætum, & feriatum. Virgil. Æneid. lib. 6.

---Festósque dies de nomine Phœbi.

Terentius ô faustum & felicem hunc diem. Non. Marcel.

Feci quasi facinus: *Facere* enim quis & homici-

homicidium dicitur: *Commerui* minoris culpæ est, *Peccaui*, multo minoris, vel leuioris. In Andria Terent. Quid feci, quid commerui, aut quid peccaui. Donatus.

Felix ita natus est, *Fortunatus* cum opibus nomen accipit. Ita *Fœlix* naturæ bono fruitur, *Fortunatus* commodo temporis. Cornel. Front.

Fere futurũ significat, *Aliquando* & *Nonnunquam* quod intermittere non patitur. Corn el. Front.

Ferialia diis manibus sacrata festa à ferẽdis pecudibus appellata. *Feria* à feriẽdis victimis appellata. S. Pomp.

Feroces animo, *Feri* leones, cæterique similes. Cornel Front.

Ferus & Ferox, hanc habent distantiam, *Ferus* est sæuus, *Ferox* est fortis, Acc. Tereo: Nouus nouo dabunt, aduena animo audaci in medium proripit sese ferox. Sallust. Iugurth. bello. Ille animo feroci negat se toties fusum Numidam pertimescere. Virg. Æneidos lib. 2. Ferus omnia Iupiter Argos

Transſtulit. Et lib.4.

---& frena ferox ſpumantia mandit.

Non.Marcell.

Ferre,eſt cum certo tempore: *Perferre* finem expectat euentus.Donatus.

Ferre vide *Auferre*.

Ferri propriè dicimus, quæ quis ſuo corpore vaiolat. *Portari* ea quæ quis iumento ſecum ducit. *Agi* ea quæ animalia ſunt. Agell.

Ferruminatio,hoc differt à *Plũbatura*: quod hæc,plumbo maſſa maſſæ iungitur, ita vt iunctura plumbea cohæreat: illa verò per eandẽ materiam maſſa maſſæ confunditur.Cornel.Front.

Feruntur onera: *Suſtinentur* ſupplicia.Donatus.

Feſtinare & Properare, veteres voluerunt habere diſtantiam: Cato oratione, quãde ſuis virtutibus ſcripſit: Aliud eſt *properare* aliud *feſtinare*, qui vnũ quid maturè tranſigit, is *properat*: qui multa ſimul incipit nec perficit, is *feſtinat*. Verùm vtrorumque verborum ratio ſub hac ſignificantia proxima

eſt

est veritati, vt sit sæpe animi properare studiosè ad res aliquas contendentis, festinare corpore necessitatibus obsequendi. Virg. lib. 4.

Et mediis properas aquilonibus ire per
altum.

Idem Æneidos lib. 2.

Festinate viri, nam quæ tã sera moratur
Segnities? Non. Marcel.

Magna differentia est inter *Fictionem* & *Præsumptionem*, quia *Fictio* Iuris tantum operatur, quantum veritas: vnde nunquam ei dicitur esse contraria. Siquidem Ius facit ens de non ente. *Præsumptio* autem in dubio stat, tametsi eatenus veritatis habetur comes, quatenus in contrarium nulla apparet probatio. Corn. Front.

Fidus in maximis, *Fidelis* in minoribus negotiis. Donat.

Figura artis opus est: *Forma*, naturę bonum, vnde etiam formosus dicitur. Cornel. Front.

Flagrare & *Fragrare* ita discernuntur

quod *Flagrare* est incendi, & ardere, *Fragrare* verò olere, & in plurimis inuenitur ista discretio. Non. Marcel.

Flagrat dicimus quoties incendium significamus quod flatu alitur: vt, Flagrantibus aris, sed quoties odor qui fracta specie maior est, per R. dicimus *Fragrat*, vt Thymo fragrantia mella. Seruius.

Flauum dicimus rubeum, sicut Flaua Ceres. Agræt.

Flumen idem fluit & manet: *Fluuius* temporibus siccatur. Corn. Front.

Inter *Fœdus & Pactiones* hoc, quod *Pactio* potest esse contractus duorũ aut plurium, *Fœdera* autem sunt plurimorum, *Fœdera* à fide deriuant nonnulli quod in fœderibus fides interponeretur. Hinc *Fœderati*: quam vocem apud probatos autores, atque ipsum Ciceronem non raro inuenias: non autem Confœderati. Item *Fœdera* publica sunt, vt regum, principum, ac Ciuitatum. *Pactiones* autem etiam priuatorum. Quid? An non duorum regum

fœdus

fœdus eſt, Eſt: ſed propter duos populos & duo regna: Item omne fœdus eſt pactio: ſed non omnis pactio eſt fœdus: *Fœdus* enim eſt ſpecies pacti.

Fœdum vide *Turpe*.

Fœnus & *Fœneratores*, & lex de credita pecunia, *Fœnebris*, à fœtu dicta, quod crediti nummi alios pariant, vt apud Græcos eadem res τόκος dicitur: *Fœnum* quoque pratorum ab hac cauſa eſt appellatum, quando idipſum manens, quotannis nouum parit, vnde etiam feſtuca vocata eſt. Non. Marcell.

Fœnus appellatur naturalis terræ fœtus, ob quam cauſam, & nummorum fœtus, *Fœnus* eſt vocatum, & de ea re leges *Fœnebres*. S. Pompeius.

Fora & *Fori*, vt genere, ita & intellectibus diſcernuntur, *neutro* enim loca ſunt, quibus ius dicitur, *maſculino* ſpatia in nauibus, vt Virgilius lib. 6. Æneid.

Inde alias animas, quæ per iuga longa ſedebant,
Deturbat laxátque foros, ſimul ac-

cipit alueo

Ingentem Æneam.

Vel locus apertus,ac patens, vnde & gladiatores foros facere dicuntur, cum longo circuitu sectantur. Non. Marcel.

Fores propriè dicuntur, quæ foris aperiũtur,sicut apud veteres fuit. *Valuæ* autẽ sunt,vt dicit Varro,quę reuoluuntur, & se velant:*Ianua* verò est primus domus ingressus,sic dicta, quia Iano cõsecratum est omne principium, cætera inter Ianuam *Ostia* vocantur generaliter, siue valuæ sunt, siue fores. Seruius.

Forfices sunt, quibus incidimus: *Forcipes* quibus aliquid foruum tenemus,quasi ferri capes, nam foruum est calidũ, vnde & *Formosos* dicimus, quibus calor sanguinis ruborẽm pulchritudinis creat.Seruius.

Forma & Figura quæ sit differentia M. Tul. manifestator est. Nam *Formam* integritatem speciei esse voluit. *Figuram* formam nostram. M.Tul.de Offi, lib.1.

lib.1. Principio corporis nostri, magnam ipsa natura videtur habuisse rationem, quæ formam nostram, reliquámque figuram in qua esset species honesta, eã posuit in promptu. Non. Marcell.

Formido fert interdum rationem. *Pauor* puerilis est. Corne. Front.

Formido vide *Metus*.

Formosus vide *Pulchritudo*.

Formosus vide *Decens*.

Fors & Fortuna, hoc distant. *Fors* est casus temporalis. *Fortuna* dea, Acc. Astyan. Hera in quibus partibus (nanque audire volo) si est quem exopto, & quo captus modo, fortunáne an fortè reperitur. Idem Andromeda: Multi in quo mulier animo sibi mala auferre in malis, quibus natura praua magis quàm fors, aut fortuna obfuit. Lucil. Satyr. lib. 12.

Cui parilem fortuna locum, fatúmque tulit fors.

Idem eodem.

Aut fortè omnino ac fortuna vin-

cete bello.

Si fortè ac temerè omnino, quid cursum ad honorem? Terentius in Phor. O fors fortuna quantis commoditatibus. Quam subitò hero meo Antiphoni ope vestra onerastis hũc diem. Non. Marcell.

Fortis vide *Agilis*.

Fortitudo vide *Virtus*.

Fortuna & *Casus* sic differunt, quod *Casus* plus est quàm *Fortuna*, quia omne quod est à fortuna, est à casu, sed non contra. *Casus* non solum est in hominibus qui voluntariè agunt, sed etiam in aliis animalibus, sicut quod equus casu venit, quando salutem adeptus est, licet causa salutis non venerit. In his quæ simpliciter fiunt causa alicuius extrinseci, tunc dicimus, quod fiunt à casu, sed à *Fortuna* dicimus illa fieri tantùm de numero eorum, quæ fiunt à casu quæcunque accidunt in habentibus propositum. Quare infans & bestia nihil agit à fortuna. Aristoteles lib. 2. physicorum.

Fortunatus vide *Locuples*.

Frater, aut ex alia matre aut ex alio patre potest esse: *Germanus* ex iisdem parentibus sit, necesse est. Cornel. Front.

Fraus aliud est, aliud pœna, *Fraus* enim sine pœna esse potest, *Pœna* sine fraude esse non potest, *Pœna* est noxæ vindicta, *Fraus* & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio. Donatus.

Fremor est rumor hominum. *Fremitus* ferarum. Agræt.

Fremere & Frendere, hoc differantur, quod est *Fremere* magnum sonare. Virgilius Georgicorum lib. 2.

Fluctibus & fremitu assurgens Benace marino.

Frendere alicubi cum gemitu, vel iracundia miserum, aut minax sonare. Virgilius Æneidos lib. 3.

Luminis effossi fluidum lauit inde cruorem
Dentibus infrendens gemitu.

Pacu. Antiop. Frendere noctes misera, quas perpessa sum. Plaut. Nec machæram audes dentes frendere. Pacu.

Antiopa: Fruges frendo solas, ac si probo re. Accius Troadibus: Saxo fruges frendas. Non. Marcel.

Frequentia vide *Turba*.

Fr.tum, dictum à similitudine feruentis aquæ, quod in fretum sæpe cōcurrat æstus, atque efferuescat. *Aequor*, mare appellatum, quod æquatum commotum vento non est. Varro.

Frondeum est totum de frondibus, vt trūcus, *Frondosus* vero est, lucus. Seruius.

Frugem pro reditu appellari: non solùm quod frumentis, aut leguminibus: verùm &.quod ex vino, siluis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. Iulianus scribit, fruges omnes esse quibus homo vescatur, falsum esse, non enim carnem, aut aues, ferásve aut poma fruges dici. *Frumentum* autem id esse, quod arista se teneat. Cornel. Front.

F*rumentum* vide *Legumen*.

Fuérimus coniunctiuo modo, tempore præterito. *Fuerímus* eodem modo, tempore futuro. Agræt.

Fulget,

Fulget, naturâ vt ignis, sol, *Splendet* artificio, vt aurum, argentum. Cornel. Front.

Fulgur ignis qui coruscat, vnde & fulgetræ dicuntur. & *Fulgor* *Fulguritum* dicitur fulgure tactum, vel exustum. *Fulmen* telũ ipsum quod iacitur, vt Virgilius Geor. lib. 1.

Ipse pater medio nimborum in nocte corusca, Fulmina molitur dextra, Non. Marcel.

Fultio, dum fit, *Fultura*, cùm facta est. Cornel. Front.

Fuluum, rubeum & nigrum, vt *Fuluum* leonem, & fuluam aquilam, & fuluum aurum. vt Vergilius

—fulua pugnas de nube tuentem.

Quę haberet igneũ de cœlesti, & sordidum de lugubri, aut certè de Ænea iracundiam, de Turno tristitiam. *Fuluum* certè aurum, cui ad decorem splendoris sui ingeniti aliquid addatur. Agræt.

Fundatum dicitur, quod principia habet, in quibus prudentiæ signum est.

Constitutum, quod habet exædificatio nem: quod virtutis est indicium. Cornel. Front.

Fundere est supina manu librare, quod fi in sacris supernis, *Vergere* est conuersa in sinistram partem manu ita fundere, vt supernè conuertitur, quod in infernis fit. Seruius.

Fundus vide *Ager*.

Fungi agere est, *Defungi* est deficere vel peragere. Agræt.

Funestum est, quod luctu dignum est: *Luctuosum* quod post mortem adfert luctum, ideo est grauissimum. Agell.

Funus est cadauer iam ardens, quod dum portatur. *Exequias* dicimus: crematum, *Reliquias & bustum*, iam conditum. Seruius.

Furiosus est à quo furor nunquam recedit. *Furiatus* verò qui furit ex causa Seruius.

Furiosus hoc distat à *Mente capto*, quod ille rabie quadam animi agitur: a *Mente captus* in quiete est, nulláqu extrin

extrinſecus ſigna oſtendit, idémque eſt qui & Demens. Donatus.

Furorem ab *Inſania* diſtare Cic. Tuſc. lib. 3. oſtendit: Itaque non eſt ſcriptum, ſi inſanus, ſed ſi furioſus eſſe incipit. *Inſaniam* enim cenſuerunt inconſtantiam, id eſt ſanitate vacantem: tamen poſſe tueri mediocritatem officiorũ, & vitæ communem cultum, atque vſitatum. *Furorem* autem eſſe rati ſunt mentis ad omnia cæcitatem. quod cum maius eſſe videatur, quam inſania, tamen eiuſmodi eſt, vt furor in ſapientem cadere poſſit, inſania non poſſit. Non. Marcel.

Furtim cum incipit: *Furaciter* quaſi artificiosè à conſuetudine inuolandi. *Furtiuè* quod iam ablatum. Ergo *Furtim & Furaciter* furax, *Furtiuè* locus facit. Cornel. Front.

Furuum, nigrum. Horat.

Quam penè furuæ regna Proſerpinæ.

Fuſco album opponitur. *Nigro* candidum Cornel. Front.

G

Gallus natione: *Gallicus* ex Gallia. Cornel. Front.

Gaudeo & *Lætor* differunt, quod *Lætari* est extrinsecus, *Gaudere* verò intrinsecus, quare propriè lætus is dicitur, qui hilaritatem, quam intus habet, eam vultu ostendit. Donatus.

Gaudere vide *Laudare*.

Gaudium animi lętitia est, *Exultatio* membrorum atque factorum. Agræt.

Generosus vide *Nobilis*.

Genetrix à *Matre*, hanc habet distantiam: quod *Genetrix*, semper quæ genuerit nuncupatur: *Mater* verò aliquando pro nutrice ponitur. Virgilius libro 8.

---geminos huic vbera circum,
Ludere pendentes pueros & lambere matrem. Plaut. Menæc. Ita forma similes pueri, vt mater sua Non internosse posset, quæ mammam dabat, Neque adeò mater ipsa, quæ illos pepe-

pepererat. Non. Marcel.

Gens vide *Natio.*

Gentis quàm *Familiæ* significatio latior est. Nam *Gentis* nomen agnatos, & cognatos continet, vt Alciatus admonuit. Idem apud Ciceronem libr. de Oratore. Primo *Gentem* in patriciis esse, in plebeis stirpem ostendi tradit.

Genus ad viuos pertinet. *Familia* etiam ad defunctos. Donatus.

Genus ad nobilitatem *Familia* ad reliquos. Donatus.

Genus familię, *Gentem*, regionem rectè dicimus. Agræt.

Gerere & *Facere* vide *Agere.*

Germanus vide *Frater.*

Gibbus terga premit ceruicem *Struma* molestat.

Globus vide *Circus.* Marcel.

Glacies est, quæ ex coitu aquæ constagnat: *Nix* ventorum ritu cadit. Cornel. Front.

Gloria vide *Decus.*

Gloria inanis & *Superbia* sic differunt, quod *Superbia* inordinatè appetit

excellentiam : ſed inanis *Gloria* manifeſtationem eius. Donatus.

Glorius vnius eſt gloriæ, *Gloriator*, non habet cauſam gloriandi, ſed tamen gloriatur, *Glorioſus* pluribus de cauſis cogitur. Cornel. Front.

Gnaritas vide *Prudentia*.

Gnatus filius, *Natus* pullus. Cor. Front.

Grande incremento : *Magnum* amplitudine, *Immane* præcipuæ amplitudinis. Cor. Front.

Grandis ad partem ætatis refertur, vt grãdis natu. *Maior* generaliter, & ad ſummam ætatis refertur, & ad comparationem ætatis pariter ponitur. Donatus.

Graſſari vide *Craſſari*.

Gratia malæ & bonæ rei cauſa, nam ſic dicimus inimicitiarum, vel beneficij gratia. Ita vt Salluſt. Opprobrij gratia. Cicero Religionis & Supplicij gratia, colendam & fruendam tradiderat. Et Terent. Qui referam ſacrilego illi gratiam? Agręt.

Gratias agere, Gratificari, & Gratulari. Gratulamur

tulamur in rebus lætis: *Gratias* agimus, beneficiis acceptis. *Gratificamur*, rem gratam facientes, beneficium dantes. Donatus.

Gratias agere, propriè est verbo ostendere, nos memores esse beneficij accepti. *Habere gratias*, est animum ac mentem gratam habere, & inuicem gratificandi voluntatem. *Referre gratiam*, est facto beneficium, aut iniuriam acceptam compensare. Sanè notãdum est, quod dicimus habere gratiam, & gratias, agere gratias, non gratiam, referre gratiam, non gratias, & ita eruditi ac probatissimi authores ferè semper loquuntur.

Gratulari vide *Lætari*.

Gratus vide *Memor*.

Greges vide *Armenta*.

Gremium vide *Sinum*.

Grex vide *Ordo*.

Gustat lingua cibum, qui benecunque *Sapit*. *Gutta* manat. *Stilla* cadit. Cornel. Front.

H

Habenæ vide *Auenæ* steriles.

Habere potest etiam fur & nequã. *Possidet* nemo, nisi qui rei aut relictæ, aut donatæ, aut emptę dominus est. Ita in *Habente* onus. *Possidente* ius est. Corn. Front.

Habitare, perpetuum : *Commorari*, ad tempus esse, quidam volunt. Vnde habitasse non dicitur, qui obiter mansit. Dubium tamen non est, eum quoq. habitare, qui ad tempus habitat, sed tamen propriè loquendo distinguitur. Agel.

Hæres apud antiquos pro domino ponebatur, Hæredium, prædium paruulũ. S. Pompeius.

Hasta, quod astans solet fieri, *Iaculum*, quod vt iaciatur fit, *Tragula* à traiiciendo.

Hebescit quod natura obstupescit, *Hebetescit*, quod amittit aciem. Cor. Front.

Hem cum dolor iram mouerit, aut cum admi-

admiratio, cogitatióq. ſtuporē. Agræt.

Herbidum locum dicimus, in quo herba eſt, etſi aridus eſſe conſueuerit. *Herboſum*, qui herbam facilè generat, etiamſi ad tempus aridus ſit. *Aquaticam* potionem rectè dicimus, quæ aquam aliunde recipit. *Aquoſum* locū, quod ex ſe aquam ſūdat, Ita & *mericam* potionem, *meroſum* autem vinum appellatur. Agræt.

Hercle vide *pol.*

Here eſt aduerbium temporis: *Heri* dictum à Græco χθές. S. Pomp.

Heros vir illuſtris, & diuinus etiam de viuis: *Diuus* de mortuo dicitur, diuinus homo, cœleſtis homo, in Deorum numerum relatus. *Diui* ſunt qui ex hominibus fiunt, non tamē antequā extremū vitæ diē morte cōfecerint, Baſſianus Caracallus de fratre quē occiderat: Sit Diuus dū nō ſit viuus: Quāquā creſcēte indies adulatione multis Imperat. Romanorū adhuc viuis hæc appellatio tributa eſt, vt D. Rudolph. Diuæ memoriȩ, de mortuo, pro Sāctȩ notum eſt.

Heu, interiectio dolentis est, *Eu* laudantis. Terentius, Eu Phormio. Idem, Eu noster, laudo. Agræt.

Heus aduerbium vocantis, *Heu* respondentis.

Hicce pro hic, *hiccine*, pro hicne, *hijce*, hij, *isticcine*, pro istone, *huisce*, pro huius, *hijscine*, pro hijsne. Terent.

Hirundo auis est, quæ tignis adhæret, *Hirudo* sanguisuga dicitur. Agræt.

Cum dicimus *Hispanos* nomen nationis ostendimus, cùm *Hispanienses*, cognomen eorum qui prouinciam Hispaniam incolunt, etiamsi non sint Hispani. Flo. Sosipat.

Historia est eorum temporum, quæ vidimus vel videre potuimus, dicta ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν quod est videre. *Annales* sunt eorum temporum, quæ ætas nostra non nouit. Vnde Liuius, Ex annalibus & historiis constat, inquit. Seruius.

Historia differt à *Fabula*, quia *Fabula* neque veras, neque verisimiles continet res: quapropter Musæ apud Hesio-

dum

dum in Theogonia in hunc ferè modum de se prædicant. Scimus falsa quidem narrare simillima veris, scimus item, quoties libitum est, & vera fateri. Strabo lib. 1. Geographiæ, pro- fari Politianus vertit. Corn. Front.

Hodie vide *Dies*.

Homonymia vna voce multa significat, *Synonimia* multis vocibus idem testur. Cornel. Front.

Honestum vide *Pulchritudo*.

Honestum ad formam, *Liberale* vultum. Donatus.

Honor dignitatis consumatio, vel priuatim, vel publicè. *Laus* secunda existimatio rectè factorum. Cor. Front.

Horrendum & horridum habent plurimã diuersitatem. Est enim *Horrendum* tetrum & vitabile. Virgilius Æneid. l. 3. Concilium horrendum. *Horridum* plerunque exstans & prominens, & incultum. Virg. lib. 4. Æneid.

Et glacie riget horrida barba.

Lucil. Satyr. lib. 16. Hi, quos diuitiæ producunt & caput vngunt. Horri-

dulum. M. Tull. de repub. lib. 1. Sed vt ille qui nauigat cum ſubitò mare cœpit horreſcere. Idem de repub. lib. 4. Horum in ſe veritatem dicitur inhorruiſſe primùm ciuitas, Varro epiſtola ad Cæſarem, Interea propè ad occidentem ſolem horreſcit mare. Siſenna Hiſtoriarum lib. 3. Subitò mare ſubhorreſcere, cæcóſque fluctus in ſe prouoluere. Nonius Marcellinus.

Horret corpus. *Trepidat* animus. Cornel. Front.

Horreum., repoſitorium non ſolùm frugum, frumenti, & vini, ſed aliarum quoque rerum quæ adſeruari conſueuerunt. *Horæum* autem perſimplex R. mel æſtiuum, ab hora ſignificat. Nam Græci omnes fructus æſtiuos nominant ὡραίους, quoniam id tempus per excellentiam horam ſignificat. Cornel. Front.

Hortari vide Monere

Hoſpes eſt qui recipit, & qui recipitur. Agræt.

Hoſpi-

Hospitium à familiaritate differt, quòd hospitium peregrini est, & ad tempus dicitur & diuersorium. *Familiaritas* autem quotidianam requirit consuetudinem. Cornel. Front.

Hostes sunt, qui aut nobis, aut quib. nos publicè bellum decreuimus. Cæteri latrones, aut prædones sunt. Donat.

Hostis apud antiquos peregrinus dicebatur, & qui nunc hostis, perduellis. S. Pompeius.

Hostia vide *Victima*

Hostiæ dicuntur sacrificia, quæ ab his fiunt, qui in hostem pergunt. *Victimæ* sacrificia, quæ post victoriam fiunt: sed hæc licenter confundit autoritas. Seruius.

Hui, *Phy*, *Papæ*, admirantis. Terentius.

Hunc & *Istum*, in proximo notant. *Illum* ostendit quidem longè stantem, sed in conspectu: *Eum*, absentem refert. Cor. Front.

Humidum est, quod extrinsecus aliquid habet humoris. *Vuidum*, quod intrin-

secus, quod & vnæ dictæ sunt. Seruius.

Hypothecam & Pignus tantum nominis sono differre, Martianus tradit in l. quinta de Pignor. *Pignus* nos Germani propriè vocamus, *ein pfandt*, quod traditur creditori, constátque in re mobili, quod etymi ratione rectè etiã *ein Handt pfandt* dici potest. Siquidem pignus appellatum est à pugno. *Hypothecam* autem, *ein vnder pfandt*, quæ immobilium, appellamus.

I

Iacimus tela, *Obiicimus* crimina. Donatus.

Iactari & fatigari differunt, *Iactamur* mari, *Fatigamur* terris, Seruius, sed contrarium ponit Virgilius, vbi dicit. Terris iactatus & alto.

Iaculum vide *Hasta*.

Iam pro *præterea*, & *posthac* etiam persæpe reperimus positum. Donatus.

Ianua vide *Fores*.

Idoneum vide *Aptum*.

Iein'

Ieiunium, dies eſt, *Ieiunitas*, cibi abſtinentia. Cornel. Front.

Ignarus vide *Imprudens*.

Ignarus eſt qui ignorat, *Immemor* qui oblitus eſt. Seruius.

Ignominia imponitur ab eo, qui poteſt animaduerſione notare, *Infamia*, ex multorum ſermone naſcitur. Cornel. Front.

Inter *Ignorantiam & Ignorationem* hoc differre quidam arbitrantur, quod hæc ſit actus, &(vt Grammatici dixerunt) rem verbi ſignificet: Illa verò ſit res ipſa, ſed diſcrimen hoc nullum eſt. Vnum & idem eſt ignoratio cauſarum, & ignorantia cauſarum, ignoratio logicæ & ignorantia logicæ. Goclenius in obſeruat. Latinæ linguæ.

Ignoſcere & Concedere quemadmodũ inter ſe diſtent, aperit M. Tull. ad Cæſarem Iuniorem lib. 1. Quod mihi & Philippo vocationẽ das, bis gaudeo, nam & præteritis ignoſcis, & concedis futura. Item *Ignoſcit* qui diſſimulat ſe noſſe quod comperit, & ita ſilentio

peccata impunita dimittit. *Concedit*, qui omnia peccata cōdonat. Non. Marcell.

Illadon pro *Illadere*. Terent.

Illex producta sequenti syllaba significat qui legi nō paret, qui legem putat tenere se nullam. *Illex* correpta sequente syllaba significat inductionem, ab illiciendo. S. Pompeius.

Imago tripliciter differt à similitudine, quia *Imago* pertinet ad formam, scilicet specialem, *Similitudo* autem ad naturam. *Imago* pertinet ad cognitionem veritatis, quæ est principium demonstrās naturam intellectualem. *Similitudo* autem ad amorem virtutis. *Imago* pertinet ad potentias, scilicet memoriam, intelligentiam & voluntatem. *Similitudo* vero ad habitus consequentes, scilicet innocentiam & iustitiam. Agel.

Imago à statua propriè sic differt, quod *Imago* superficiem tantum eius rei refert, cuius est imago. Vnde pictores imagines faciūt colorum diuersitate, & li-

& lineamentis quibusdam similitudinem reddentes. *Statua* vero est, quæ nõ modò superficiẽ, sed solidũ corpus atq. perfectũ reddit. Statuarij. n. effigies rerũ lignis, vel marmorib. vel ebore, vel metallis exprimẽtes, quorũ ars statuaria vocatur. Ab imago fit imaginor verbũ, q̃ ꝓprie est alicuius rei similitudinẽ mẽte cõprehẽdo, à quo imaginariũ dicimus, quod re nõ est, sed tantũ cognitione cõprehenditur, & imaginatio actus ipse, & imaginatiua.

Imitatio simplex est, & liuorem atque inuidiam non admittit. *Æmulatio*, autem habet quidem imitandi studium, sed cum malitiæ operatione. M. Tull. in Cæsarianis. Quasi quendam æmulo atque imitatione studiorum & laborum meorum & comite abstracto. Non. Marcell.

Immane vide *Grande*.

Cum imperio esse dicebatur apud antiquos cui nominatim à populo dabatur imperium. *Cum potestate* esse, dicebatur, de eo, qui à pop. alicui negotio

præficiebatur.S.Pomp.

I*mponitur* manus rebus,cum perficitur id quod cœperit. Virgilius.

Imponit regina manum.Donatus.

I*mpulſor* vide *Adiutor.*

I*mprudens* vide *Prudentia.*

I*mpugnare* vide *Pugnare.*

I*mum* ſummo reſpondet,I*nfimum*, vt infra humum.Cornel.Front.

I*n memoriam redigere*, vel *in memoriam reuocare*,vide *Meminiſſe.*

I*n* vide *Sub.*

I*n* non ſemper abnuitionē ſignificat,ſed interdū etiam pro ademptione ponitur.vt inuolando,inclamando, inuocando. I*n* præpoſitio ſignificat modò quod non,vt inimicus:modo actionē, vt inclamauit,modò vbi quod tendatur,vt incurrit: modò vbi quis ſit, vt inambulat.S.Pomp.

I*nambulare* vide *Ambulare.*

I*ncertū*,nec tempus,nec numerū recipit: *Dubium* à duobus incipit.Corn.Front.

I*nchoat*, qui incertum facit. I*ncipit*, cuius exitum ſperat.Corn.Front.

I*nce-*

Inceſtus propriè in conſanguineas & ſacras. *Adulterium* in nuptam: *Stuprum* in viduam & virginem. Modeſtinus lib. 48 ad legem Iul. Confunditur interdum tamen hæc diſtinctio, vt idem etiam teſtatur. Donatus.

Incidunt res præter ſpem: *veniunt* expectatæ. Donatus.

Indicat is, qui de ſe nolens aliquid, & de aliis etiam prodit: *Confitetur*, qui de ſe tantùm & qui inuitus. Donatus.

Indocile eſt quod penitus non poteſt diſcere: *Indoctum*, quod nondum didicit. Seruius.

Induci eſt paulatim perſuaderi, & cum tempore ſeu maiori mora. *Perſuaderi* generalius eſt, itaque interdum ſubitò fit. Donatus.

Ineptum, quod à quouis reprehendi poteſt. *Falſum*, quod etiam prudentem poſsit fallere. Donatus.

Ineptum, eſt tantum ſtultum, *Abſurdum* quod & ſtultum eſt, & in ipſa ſtultitia diuerſum, & quaſi ſibi repugnans. Donatus.

Infector colorem mutat: *Offector*, officio obest. Cornel. Front.

Infectores qui alienum colorem in lanam coniiciunt: *Offectores*, qui è colore proprio nouum efficiũt. S. Pompeius.

Infensus propriè dicitur plus quam inimicus. Seruius.

Infestus mihi, est molestus seu grauis mihi, *Infensus* est inimicus & iratus, *Der mein freindt ist*. Ei respõdet contrà, *Inuisus* mihi, *Dem ich feindt bin, vnd nichts gutz geun.*

Iniuria vide *Contumelia*.

Iniuria semper iniusta est: *Lædi* etiam aliquis iustè potest. Nam & qui iure damnantur, læduntur, sed non iniuria. Ascon.

Inniti vide *Eniti*.

Innocens, & *Innocuum* hoc distant: quod sit *Innocens* non nocens, & *Innocuum* illæsum. Virgilius libro 10.

---& sedere carinæ.

Omnes innocuæ. Non. Marcel.

Innuere vel *Annuere*, v. *Nutare*.

Innuere

Innuere & Annuere, hoc distant: quod Innuere est facie significare. Terent. Adelphis: *Annuere*, quin pugnus continuò in mala hæreat. Non innueram, verum in istam partem potius peccato tamen. Annuere, concedere. Virgilius libro x. (Annuit his Iuno, & mentem lętata retorsit.) M. Tul. Hortẽsio: Quod cum vterque nostrum annuissent, omnésq; ad id tempus, quod erat dictum postero die venissemus. Positũ est annuere pro innuere: Plautus Asinaria: Neq; illa vlli homini nutet, nictet, annuat. Non. Marcel.

Inolescere vide *Adolescere*.

Inquirere vide *Quærere*.

Insania vide *Furor*.

Inscitum vide *Scitum*.

Inscius aliquid nescit, *Nescius* nil nouit: alter in parte errat, alter in toto. C. Frõt.

Inscribere vide *Conscribere*.

Insomnia in singulari numero significare voluerunt Grammatici. *Somnia* singulari numero. Vigiliam vt Pacuuius in Antiopa dixit. Perdita illuuie

atque insomnia id est Vigilia. F. Sosipat.

Instar illius rei dicere debemus, non ad instar. Agræt.

Instituere & *Inuestire* idem sonant: nisi quod quis *Instituti* dicitur præsentialiter. *Inuestiri* autem etiam absens: hoc est, in possessionem statui, reponi. Donatus.

Instituta philosophiæ sunt doctrina, qua philosophi suos discipulos voce & disputationibus quotidianis instituũt. *Institutum* est mos, vt Cic. Illi, qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum Gymnasium, cætus erant, & sermones habere soliti, ex loci vocabulo nomen habuerunt. Hic Platonis institutum dicitur mos conueniendi, & disputandi in Academia. Sic dicitur pro instituto suæ vitę, suę sectæ. Goclenius in obseruat. Latinæ linguæ.

Instruere vide *Extruere*.

Insuescere vide *Consuescere*.

Intelligere vide *Credere*.

Intelligitur aliquid argumentis: *Animaduertitur* sensibus præsenti animo vtentibus: plerunque enim *Aduertimus* rē aliquam oculis, aut quouis sensu corporis sine animi attentione. Ergo plus est, *Animaduersum* quàm *Intellectum*. An ab aliis *Intellectum*, ab aliis *Animaduersum* intelligi posset? quod si est, rursus plus erit, *Intelligere*, quàm *Animaduertere*. Ascon.

Interdicere vide *Edicere*.

Interrogatio est cui necessariò respondetur, aut etiam, aut non: *Percontatio* cui nihil horum. Donatus.

Intrò in locum dicimus: *Intus* in loco dicimus. Flo. Sosipat.

Interdicimus vetando: *Denunciamus* iubēdo: differunt hæc duo, vt nolo & volo. Agel.

Intueri vide *Videre*.

Inuenitur vide *Fit*.

Inuenire est consilij, *Reperire* fortunæ, id est, *inuenimus* quæsita. *Reperimus* non quæsita. Eras. Rot. sed differentia hæc non est perpetua, Imo nullius momē-

ti esse videtur. Nam Cicero in partit. Simplicia inquit verba partim natiua sunt, partim reperta, id est partim sunt primitiua, seu primæ positionis, partim deriuatiua. Et Vlpianus Repertorium vocat quod vulgo appellatur Inuentarium, & apud Terentium & Plautum sunt: Vbi Antiphonem reperiam &: Requirens seruus reperit. Apud Ciceronem etiam hoc: Mihimet iucunda ratio, & reperienda via est, Et: Sed si quærimus, causas reperiemus verissimas: Vbi certè Reperire consilij & instituti est. Goclenius in obseruat. Latinæ linguæ.

Inuenustus, cui displicens obiicitur, *Infelix*, cui placens negatur. Donatus.

Inuestigare vide *Videre*.

Inuidia & Inuidentia. Cic. Tusc. lib. 3. Posset etiam in misericordiam, posset in inuidiam. Non dixi in inuidiam quæ tum est, cum inuidetur. Ab inuidendo autem inuidentia rectè dici potest, vt fugiamus ambiguum nomen inuidiæ. Et lib. 3. rursus, vt ægritudini

tudini inuidentia (vtendum eſt enim docendi cauſa verbo minus vſitato) quoniam inuidentia non in eo, qui inuidet, ſolum dicitur, ſed etiam in eo cui inuidetur. Nonius Marcellinus.

Inuidus differt ab *Inuidioſo*, quia *Inuidus* eſt qui actu alicui inuidet. *Inuidioſus* qui morbo inuidentiæ laborat. *Inuidia* aliquando pro odio ponitur. Quintilianus. Ne ei tot ſcelerũ commemoratione concitarem inuidiam: hinc inuidioſum pro inuiſo & odioſo ponimus. Agræt.

Inuidus ab improbo differt, *Improbus* ſuo delectatur bono, *Inuidus* torquetur alieno. Ille diligit mala, hic bona odit. Donat.

Impages dicuntur, quæ à fabris in tabulis finguntur, quo firmius cohæreant; à pangendo, id eſt fingendo. Vnde & poetæ, pangere verſus dicuntur & agricolæ. Pangere plantas, id eſt infigere. S. Pomp.

Ipſe pronomen dignitatis, *Iſte* abiectio-

nis. Terentius in Andria.

Id isti vituperant factum. Agræt.

Ira de causa est, *iracundia* de vitio multum irascentis. Donatus.

Iracundia ex iniuria, *Dolor* ex miseria. Donat.

Iracundus & iratus, ebrius & *ebriosus, amator & amans* quid inter se distent. Cicero discreuit. Tusc. lib. 4. Aliud iracũdum esse, aliud iratum, vt differt anxietas ab angore, neque enim omnes anxij, qui anguntur aliquando. Inter ebrietatem & ebriosum hoc interest, aliud est amatorem esse, aliud amantem. Non. Marcell.

Irasci leuius est quàm *Succensere.* Cic. Irasci & succensere. Donatus in Andr. Terent. *Succensere* ait, esse in re graui, & iusta irasci. *indignari* est grauiter ferre.

Donatus inter *Iratum* & *iracundum* hoc ponit discrimen, *iratus* qui ex aliqua re lacessitus irascitur, *iracundus*, qui ex parua, nulláve præcedente causa irascitur. Donatus.

Ire

Ire vide *Efferri.*

Irrisio & *Subsannatio* conueniunt in fine, ſed differunt in modo, quia prima fit naſo rugato, ſecunda verò fit ore, id eſt in verbis,& cachinno.

Iſtum & *illum* vide *Hunc.*

Iterum, duas habet ſignificationes. Vno etiam modo ſignificat δεύτερον, hoc eſt,ſecundum. Altero πάλιν, hoc eſt ſæpius Donatus.

Itidem vide *Similiter.*

Iucundum eſt dulce:*Gratum* eſt acceptum. Omne iucundum eſt gratum,ſed non omne gratum eſt iucundum. vt Dialectici loquuntur. Grata eſt ægroto medicina,rerum inſuauis & iniucunda. Sitienti potus & gratus & iucundus eſt. Hoc diſcrimen his Ciceronis locis probatur. Iſta veritas etiamſi iucunda non eſt,mihi tamen grata eſt. Amor tuus mihi gratus & optatus:dicerem iucundus, niſi id verbum in omne tempus perdidiſſem. Tale tuum iudicium non poteſt mihi non ſumme iucundum eſſe: quod cum ita ſit,

esse gratum necesse est. Goclenius in obser. Latinæ linguæ.

Iudicare vide *Prospicere*.

Iudicium vide *Præiudicium*.

Iugulare vide *Interficere*.

Iura vide *Fas*.

Iurandum pro *Iusiurandum*. Terent.

Iurgium & *Lis* hanc habent distantiam, quod *Iurgium* leuior res est, siquidem inter beneuolos, aut propinquos dissensio, vel concertatio iurgium dicitur. Inter inimicos dissensio *Lis* appellatur. M. Tull. de Rep. libro 4. Admiror nec rerum solum, sed verborum etiam elegantiam. Si iurgant, inquit, beneuolorum concertatio, non lis, inimicorum iurgium dicitur. Et in sequenti: *Iurgare* igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Non. Marcell.

Ius est, quod omnia recta & inflexibilia exigit, *Æquitas* est, quæ de iure multum remittit. Donatus.

Ius ad doctrinam pertinet, *Officium* ad virtutem. Agræt.

Iustum, in quo nihil iniquum iubetur.
Clemens, in quo etiam de iusto remittitur. Donatus.

Iuuentus & *Iuuenta*, & *Iuuenilitas* hoc differunt, *Iuuentus* iuuenes : *Iuuenta* ætas ipsa : *Iuuenilitas* quod ὁρμὴν, vel πάθος vocant Græci. Virgilius Geor. lib.3.

Et patiens operis, paruóque assueta iuuentus.

Idem eodem.

Interea superat gregibus dum læta iuuentus,
Solue mares.

Sallustius Catilinæ bello: Ibique iuuentutem suam exercuit. Idem Catilina, Scio fuisse nonnullos, qui ita existimarent, iuuentutem, quæ domum Catilinæ frequentabat. Varro Tithono περὶ γήρως: Quam dereliquit multicupida iuuenilitas. Nonius Marcellinus.

L

Labra sunt virorum, *Labia* mulierum. Seruius.

Labra, modica, *Labia* immodica. Flo. Sosipater.

Labra sunt superiora: *Labia* inferiora. Donatus.

Lacerare vide *Spoliare*.

Lactans est qui lac præbet; *Lactens* cui lac præbetur. Seruius.

Lacus est, qui perpetuam habet aquam; *Stagnum*, quod temporalem: vt scilicet hyeme tantum, *Fossa*, receptaculum aquæ manufactum. Donatus.

Lacus publicus à *priuato* differt, quod *Publicus* eatenus publicum littus habet, quatenus hybernus fluctus maximus exæstuat. At in *priuato* id tantum littoris constituitur, quatenus actũ est, & in eius venditione tempus contractus obseruamus. Cornel. Front.

Lætari & *Gaudere* distant, vt Cic. Tuscul. lib. 4. Atque vt confidere decet, timere non

re non decet, sic quidem gaudere decet, lætari non decet, quoniam docẽdi causa à gaudio lætitiam, distinguimus. Vt autem innuit idem Cic. *Gaudium* in sapiente in rebus bonis semper est, *Lætitia* etiam in malis & turpibus esse potest. Non. Marcell.

Lætamur de nostris. *Gratulamur* de alienis. Hoc gratificans lætitia, Cicero dixit, Neque istius hominis perditi subita lætitia, quam huius hominis amplissimi noua gratulatio, diuitiis eũ commouebat. Agræt.

Lanius dicitur, vt Terentius

Lanij coci.

Lanio autem quasi diminutio lanij. Flor. Sosipat.

Lapis vide saxum.

Largè qualitatis, *Largiter* quantitatis, vnde nascitur, *Largitas*, aut *Largitio*. Nam Largitudo nusquam inuenitur, nisi apud Nepotem. Flo. Sosipat.

Largitas humanitatis est, *Largitio* ambitionis. Agræt.

Lassus cura, ex præterita spe: *Confectus*, sic

vulneratus, aut percussus, vt sanari nō possit. Conuenit gladiatoribus. Cicero in Catilin. Gladiatori illi confecto & saucio. *Lassus* adepta attentione: *Cōfectus* cura, confirmato timore. Dona.

L*atēre* & *Absconsum esse* aliquid, dicimus, & late patere. Virgilius.

--vt scuta latentia condunt. Et
--quod terra solum sub frōte latebat.

Agræt.

L*aus* facti instrumentum est, *Laudatio* verò est rerum gestarum relatio. Cor. Front.

L*aus* vide *Honor.*

L*audare* vide *Prædicare.*

L*aurus* vide *Vittæ.*

L*audat* coràm, qui non tacet apud alios, & hoc agit non per epistolam, sed ipse præsens, *Laudat* in os, qui apud ipsum loquitur. Qui collaudat. Donatus.

L*audat* etiam alienus, *Gaudet* qui pater est. Donatus.

L*ectus* super quo quiescimus, quem cubicularem vocat Cicero ad differen-

tiam

tiam Triclinaris lecti, super quo sedebant antiqui ad mensam.

Inter *Legem & Rogationem* ; *Rogatio* est genus legis. Quæ lex non continuò est, ea rogatio est, non potest non esse lex, si modo iustis comitiis rogata est, Ælius Gallus S. Pompeius.

Legere & Eligere non sub ea significatione intelligi vult Varro de re rustica. lib. 1. Aprica prius debet descendere de vite: in vindemia diligentis, vua non solum legitur ad bibendum, sed etiam eligitur ad edendum. vt sit legitur, colligitur, vt plerunque eligitur melior quæque de plurimis. Non. Marcel.

Leges vide *Ius*.

Legiones peditum sunt. *Turmæ* equitum. Seruius.

Legumen dicitur, quod manu legatur, nec sectionem requirat : *Frumenta* sunt omnia quæ ex se aristas mittunt. Seruius.

Lenitas ad permittendum, *Facilitas* ad ignoscendum. Donatus.

Lepidus & lautus vide *Facetus.*

Lepus animal est, *Lepor* iucunditas voluptatis, vnde & gratum aliquid, *Lepidum* dicimus. *Lepos* eloquij. Agræc.

Lex ad homines: *Omen* ad Deos refertur. Donatus.

Lex differt à *Psephismate*, quoniam ψήφισμα ad tempus est, siue πρὸς καιρὸν: *Lex* autem perpetua est, καὶ πρὸς ἅπαντα χρόνον. Postremo velut auctuarium adiiciamus & illud ex Seneca. Legem oportere esse breuem, quo facilius ab imperitis teneatur, velut emissa diuinitùs vox, iubeat non disputet.

Lex differt à *Iudicio*. Cicero pro P. Sylla. itaque hac ratione, non iudicum sententiam, sed legis vitium corrigebat. Nemo iudicum reprehendit, cum de pœna quæritur, sed legem: damnatio enim est iudicum quæ manebat, pœna legis quæ leuabatur.

Liber interior: *Cortex* exterior. Donatus.

Liberale vide *Honestum.*

Liberalis vide *Bonus.*

Ligare

Ligare est iniicere alicui vincula: *Alligari* quis dicitur ad aliquid, sine quo esse non possit. Donatus.

Ligat quis vinculo. *Legat* testamento. Agræt.

Limina ædium sunt. *Limites* regionum. Agræt.

Lingula cùm non à linguendo dicta est, in argento. In calceis verò *Lingula* à ligando, sed vsus ligulam sine n. frequentat. Flo. Sosipat.

Liquor cum nomē est. LI, breuis est: cum ad verbum venerit producitur, vt *Liquor, liqueris*. Virg. 1. Georg.

---canis cum montibus humor
Liquitur.

Lis nascitur, *Controuersiam* pertinacia efficit, & litigant homines, res in controuersiam deducitur. Ita *Controuersia* partis est, *Lis* summæ, propriè itaque *Lis* dicitur, antequam contestatio fit, *Controuersia* verò potius post iudicium acceptum. Cornel. Front.

L*itare* vide *Sacrificare*.

Littus & *Ripa* differunt.

Ad flumen *Ripas*, ad mare *Littus* habet.

Locator dicitur, qui precium accipit *Conductor* qui dat: vt sit *Locator* dominus, *Conductor* inquilinus, sed nonnunquam etiam vice versa euenit, vt *Locator* precium det, & *Conductor* accipiat. Cor.Front.

Locuples à copia locorum, *Diues*, quia diuidendi facultatem habet, *Opulentus*, ab opibus. *Potens* qui quod vult potest. *Fortunatus* cui fortè aliquid cõtingit, Beatus, qui apud Græcos *μακάριος* est, *Pecuniosus* qui habet pecuniam vel pecora. Cornel.Front.

Logistæ sunt, qui ratiocinatores alibi dicuntur in hoc distantes à *Logographis*: quod illi libros rationum scribebant, *Logistæ* curabant. Scaurus.

Longitudo mensura est: *Longinquitas* regionis, aut temporis. Florus Sosipat.

Loquax qui nimium loquitur, *Eloquens*, qui copiosè loquitur. Seruius.

Loquela vide *Sermo*.

Loqui vide *Dicere*.

Loqui eſt hominis, *Obloqui* eſt obtrectatoris: *Alloqui* ſuadentis eſt, vel hortantis, vel blandientis. *Eloqui* Oratoris. Agræt.

Loquitur is qui ſuo loco quodque ſciens ponit, *Proloquitur* iſte, qui cum aliquid animo habuit, idque extulit loquendo. *Seruius.*

Lucens eſt, quod aliunde illuminatur: *Lucibile*, quod lucet per ſe. Seruius.

Luxuria in ſumptu, *Licentia* in actione. Donatus.

M

Machinor, pro inuentore & autore accipitur, qui & *Architectus* dicitur. Raro in bonam partem vſurpatur, ſiquidem Machinari, propriè eſt dolo atque aſtutia inuenire. Donatus.

Macte cum à mactus venit, vox eſt cohortantis, non tamen ferè niſi in vocatiuo à Latinis vſurpata, cũ genitiuo ſed raro: interdum cum ablatiuo,

vt frequenter iuncta. Ponitur & ad-uerbialiter Exactè, pro eximiè, vel egregiè. Donatus.

Magistratus municipales, qui & *Decuriones*, *Iudices* etiam *Burgermeister*, *Schœffen*, *Richter*, de interiore Magistratu accipitur. *Præsides* verò prouinciæ, Procōsules, atque hisce similes, *Maiores* dicuntur: quo loco apud nos sunt Electores, cæterique Principes, quos in consessum Imperator admittit, & quibus est decernendi arbitrium: quo alij carent; qui à nobis appellantur, *Standt des Reichs* à stando videlicet, hoc est, obtemperando superioris Magistratus decretis.

Magnanimitas differt à fiducia, *Magnanimitas* est magnorum, *Fiducia* est omnium bonorum. Scaurus.

Maiestas est supremus honor, erga summa bona: à maiori dicta, quasi Honor in mediocritatibus versetur. Cornel. Front.

Maior vide *Grandis*.

Maledictum hoc à *Contumelia* distat: quod hæc

hæc hæredis institutionem vitiat. Illud verò nihil impedit, quo minus eadem recipiatur, constétque. Cornel. Front.

Malum vide *Damnum.*

Malùm vide *Prauum.*

Mancipia dicuntur, quod manu capta sunt. *Serui*, qui seruari sunt, cum eos occidi oporteret iure belli. Donatus.

Mane pro *Ausculta.* Terentius.

Manubiæ Iouis tres dicuntur esse, quarum vnę sunt minimæ, quę moneant, placidæque sint. *Altera* quæ maiores sunt, ac veniant cum fragore, discutiántque, aut diuellant, quæ à Ioue sint, & consilio Deorum mitti existimentur. Tertiæ his ampliores, quæ cum igne veniant, & quanquam nullum sine igne fulgur sit, hæ propriam differentiam habeant, quod aut adurant, aut fuligine deforment, aut accendant. S. Pompeius.

Manubias à *Præda* hoc distare veteres existimarunt, vt sit *Præda*, corpora ipsa

esse gratum necesse est. Goclenius in obser. Latinæ linguæ.

Iudicare vide *Prospicere*.

Iudicium vide *Præiudicium*.

Iugulare vide *Interficere*.

Iura vide *Fas*.

Iurandum pro *Iusiurandum*. Terent.

Iurgium & *Lis* hanc habent distantiam, quod *Iurgium* leuior res est, siquidem inter beneuolos, aut propinquos dissensio, vel concertatio iurgium dicitur. Inter inimicos dissensio *Lis* appellatur. M. Tull. de Rep. libro 4. Admiror nec rerum solum, sed verborum etiam elegantiam. Si iurgant, inquit, beneuolorum concertatio, non lis, inimicorum iurgium dicitur. Et in sequenti: *Iurgare* igitur lex putat inter se vicinos, non litigare. Non. Marcell.

Ius est, quod omnia recta & inflexibilia exigit, *Æquitas* est, quæ de iure multum remittit. Donatus.

Ius ad doctrinam pertinet, *Officium* ad virtutem. Agræt.

Iustum

Iustum, in quo nihil iniquum iubetur. *Clemens*, in quo etiam de iusto remittitur. Donatus.

Iuuentus & *Iuuenta*, & *Iuuenilitas* hoc differunt, *Iuuentus* iuuenes : *Iuuenta* ætas ipsa : *Iuuenilitas* quod ὁρμὴν, vel πάθος vocant Græci. Virgilius Geor. lib.3.

Et patiens operis, paruóque assueta iuuentus.

Idem eodem.

Interea superat gregibus dum læta iuuentus,
Solue mares.

Sallustius Catilinæ bello: Ibique iuuentutem suam exercuit. Idem Catilina, Scio fuisse nonnullos, qui ita existimarent, iuuentutem, quæ domum Catilinæ frequentabat. Varro Tithono περὶ γήρως: Quam dereliquit multicupida iuuenilitas. Nonius Marcellinus.

L

Labra ſunt virorum, *Labia* mulierum. Seruius.

Labra, modica, *Labia* immodica. Flo. Soſipater.

Labra ſunt ſuperiora: *Labia* inferiora. Donatus.

Lacerare vide *Spoliare*.

Lactans eſt qui lac præbet, *Lactens* cui lac præbetur. Seruius.

Lacus eſt, qui perpetuam habet aquam; *Stagnum*, quod temporalem: vt ſcilicet hyeme tantum, *Foſſa*, receptaculum aquæ manufactum. Donatus.

Lacus publicus à *priuato* differt, quod *Publicus* eatenus publicum littus habet, quatenus hybernus fluctus maximus exæſtuat. At in *priuato* id tantum littoris conſtituitur, quatenus actū eſt, & in eius venditione tempus contractus obſeruamus. Cornel. Front.

Lætari & *Gaudere* diſtant, vt Cic. Tuſcul. lib. 4. Atque vt confidere decet, timere non

re non decet, sic quidem gaudere decet, lætari non decet, quoniam docẽdi causa à gaudio lætitiam, distinguimus. Vt autem innuit idem Cic. *Gaudium* in sapiente in rebus bonis semper est, *Lætitia* etiam in malis & turpibus esse potest. Non. Marcell.

Lætamur de nostris. *Gratulamur* de alienis. Hoc gratificans lætitia, Cicero dixit, Neque istius hominis perditi subita lætitia, quam huius hominis amplissimi noua gratulatio, diuitiis eũ commouebat. Agræt.

Lanius dicitur, vt Terentius

Lanij coci.

Lanio autem quasi diminutio lanij. Flor. Sosipat.

Lapis vide saxum.

Largè qualitatis, *Largiter* quantitatis, vnde nascitur, *Largitas*, aut *Largitio*. Nam Largitudo nusquam inuenitur, nisi apud Nepotem. Flo. Sosipat.

Largitas humanitatis est, *Largitio* ambitionis. Agræt.

Lassus cura, ex præterita spe: *Confectus*, sic

vulneratus, aut percussus, vt sanari nō possit. Conuenit gladiatoribus. Cicero in Catilin. Gladiatori illi confecto & saucio. *Lassus* adepta attentione: *Cōfectus* cura, confirmato timore. Dona.

Latere & *Absconsum esse* aliquid, dicimus, & late patere. Virgilius.

--vt scuta latentia condunt. Et

--quod terra solum sub frōte latebat.

Agræt.

Laus facti instrumentum est, *Laudatio* verò est rerum gestarum relatio. Cor. Front.

Laus vide *Honor.*

Laudare vide *Prædicare.*

Laurus vide *Vitta.*

Laudat coràm, qui non tacet apud alios, & hoc agit non per epistolam, sed ipse præsens, *Laudat* in os, qui apud ipsum loquitur. Qui collaudat. Donatus.

Laudat etiam alienus, *Gaudet* qui pater est. Donatus.

Lectus super quo quiescimus, quem cubicularem vocat Cicero ad differentiam

tiam Triclinaris lecti, super quo sedebant antiqui ad mensam.

Inter *Legem & Rogationem*; *Rogatio* est genus legis. Quæ lex non continuò est, ea rogatio est, non potest non esse lex, si modo iustis comitiis rogata est, Ælius Gallus S. Pompeius.

Legere & Eligere non sub ea significatione intelligi vult Varro de re rustica. lib. 1. Aprica prius debet descendere de vite: in vindemia diligentis, vua non solum legitur ad bibendum, sed etiam eligitur ad edendum. vt sit legitur, colligitur, vt plerunque eligitur melior quæque de plurimis. Non. Marcel.

Leges vide *Ius*.

Legiones peditum sunt. *Turmæ* equitum. Seruius.

Legumen dicitur, quod manu legatur, nec sectionem requirat: *Frumenta* sunt omnia quæ ex se aristas mittunt. Seruius.

Lenitas ad permittendum, *Facilitas* ad ignoscendum. Donatus.

Lepidus & lautus vide *Facetus.*

Lepus animal eſt, *Lepor* iucunditas voluptatis, vnde & gratum aliquid, *Lepidum* dicimus. *Lepos* eloquij. Agræt.

Lex ad homines: *Omen* ad Deos refertur. Donatus.

Lex differt à *Pſephiſmate*, quoniam ψήφισμα ad tempus eſt, ſiue πρὸς καιρόν: *Lex* autem perpetua eſt, καὶ πρὸς ἅπαντα χρόνον Poſtremo velut auctuarium adiiciamus & illud ex Seneca. Legem oportere eſſe breuem, quo facilius ab imperitis teneatur, velut emiſſa diuinitùs vox, iubeat non diſputet.

Lex differt à *Iudicio*. Cicero pro P. Sylla. itaque hac ratione, non iudicum ſententiam, ſed legis vitium corrigebat. Nemo iudicum reprehendit, cum de pœna quæritur, ſed legem: damnatio enim eſt iudicum quæ manebat, pœna legis quæ leuabatur.

Liber interior: *Cortex* exterior. Donatus.

Liberale vide *Honeſtum.*

Liberalis vide *Bonus.*

Ligare

Ligare eſt iniicere alicui vincula: *Alligari* quis dicitur ad aliquid,ſine quo eſſe non poſsit. Donatus.

Ligat quis vinculo. *Legat* teſtamento. Agræt.

Limina ædium ſunt. *Limites* regionum. Agræt.

Lingula cùm non à linguendo dicta eſt, in argento. In calceis verò *Lingula* à ligando, ſed vſus ligulam ſine n. frequentat. Flo. Soſipat.

Liquor cum nomē eſt. *Li*, breuis eſt: cum ad verbum venerit producitur, vt *Liquor, liqueris*. Virg. 1. Georg.

---canis cum montibus humor
Liquitur.

Lis naſcitur, *Controuerſiam* pertinacia efficit, & litigant homines, res in controuerſiam deducitur. Ita *Controuerſia* partis eſt, *Lis* ſummæ, propriè itaque *Lis* dicitur, antequam conteſtatio fit, *Controuerſia* verò potius poſt iudicium acceptum. Cornel. Front.

Litare vide *Sacrificare*.

Littus & *Ripa* differunt.

Loqui eſt hominis, *Obloqui* eſt obtrectatoris: *Alloqui* ſuadentis eſt, vel hortan lis, vel blandientis. *Eloqui* Oratoris. Agræt.

Loquitur is qui ſuo loco quodque ſciens ponit, *Proloquitur* iſte, qui cum aliquid animo habuit, idque extulit loquendo. *Seruius.*

Lucens eſt, quod aliunde illuminatur: *Lucibile*, quod lucet per ſe. Seruius.

Luxuria in ſumptu, *Licentia* in actione. Donatus.

M

Machinor, pro inuentore & autore accipitur, qui & *Architectus* dicitur. Raro in bonam partem vſurpatur, ſiquidem Machinari, propriè eſt dolo atque aſtutia inuenire. Donatus.

Macte cum à mactus venit, vox eſt cohortantis, non tamen ferè niſi in vocatiuo à Latinis vſurpata, cũ genitiuo ſed raro: interdum cum ablatiuo,

vt frequenter iuncta. Ponitur & aduerbialiter Exactè, pro eximiè, vel egregiè. Donatus.

Magistratus municipales, qui & *Decuriones*, *Iudices* etiam *Burgermeister*, *Schœffen*, *Richter*, de interiore Magistratu accipitur. *Præsides* verò prouinciæ, Procõsules, atque hisce similes, *Maiores* dicuntur: quo loco apud nos sunt Electores, cæterique Principes, quos in consessum Imperator admittit, & quibus est decernendi arbitrium: quo alij carent; qui à nobis appellantur, *Standt des Reichs* à stando videlicet, hoc est, obtemperando superioris Magistratus decretis.

Magnanimitas differt à fiducia, *Magnanimitas* est magnorum, *Fiducia* est omnium bonorum. Scaurus.

Maiestas est supremus honor, erga summa bona: à maiori dicta, quasi Honor in mediocritatibus versetur. Cornel. Front.

Maior vide *Grandis*.

Maledictum hoc à *Contumelia* distat: quod hæc

hæc hæredis institutionem vitiat. Illud verò nihil impedit, quo minus eadem recipiatur, constétque. Cornel. Front.

Malum vide *Damnum.*

Malum vide *Prauum.*

Mancipia dicuntur, quod manu capta sunt. *Serui*, qui seruati sunt, cum eos occidi oporteret iure belli. Donatus.

Mane pro *Ausculta.* Terentius.

Manubiæ Iouis tres dicuntur esse, quarum vnę sunt minimæ, quę moneant, placidæque sint. *Altera* quæ maiores sunt, ac veniant cum fragore, discutiántque, aut diuellant, quæ à Ioue sint, & consilio Deorum mitti existimentur. Tertiæ his ampliores, quæ cum igne veniant, & quanquam nullum sine igne fulgur sit, hæ propriam differentiam habeant, quod aut adurant, aut fuligine deforment, aut accendant. S. Pompeius.

Manubias à *Præda* hoc distare veteres existimarunt, vt sit *Præda*, corpora ipsa

rerum quæ capiuntur: *Manubiæ* verò pecuniæ ex præda vendita redactæ, & sic apud plurimos. Nam & Marcū Tullium de lege Agraria, ita sensisse voluerunt. Prædam manubias sectiles, castra deniq; Cn. Pompei sedente imperatore censores. Non. Marcel.

Mater vide *Genetrix*.

Matrona dicitur prima pueri mater: *Materfamilias* quæ plures peperit, Alij dicunt rectius *Matronam* dici, quæ in matrimonio cum viro conuenerit, & in eo matrimonio manserit, etiamsi liberi nondum fuerint: dictam matris nomine spe, atque omine, vnde & *Matrimonium* dictum, *Matrem* verò *familiâs* esse, quæ in mariti manu mancipique esset, quę in familiam quoque mariti, & sui hæredis venisset. Alij *Matronas*, virgines nobiles dicunt. *Matresfamilias* verò quæ in matrimonio per coemptionem cōuenerunt. Nam per quandam iuris solennitatem in familiam migrāt mariti. Inter *Matrem* & *Matremfamiliâs* hoc interest, quod Mater est

quæ

quę pręter illam ſignificationem, quę eſt πρέσβυτι, quæ tantum conuenit in matrimonio: quod alij *Matrisfamiliâs* verò, quæ conuenit, vt iam diximus per coemptionem. Seruius.

Maturare vide *Properare.*

M*aturo accelero* Terentius.

M*aximè ſæpe* pro libenter Terentius.

M*edicamentum* vide *Remedium*:

M*edicor* accuſatiuum regit, vt medicor illam rem, *Medicor* verò illi rei vſitatè dicimus, *Medicor* illam rem figuratum eſt. Seruius.

M*eminiſſe & in memoriam redire* hoc differre Ariſtoteles putat, quod διαφέρει μνημονεύειν τῷ μεμνῆσθαι, & vult meminiſſe omnium eſſe animantium, vt cibi, potionis, ſomni, voluptatis. *In memoriam reuocare.* quod exciderit, non niſi homines poſſe. *Memini me facere*, dicere debemus, non *memini me feciſſe*. Nam *Memini* ſermo eſt totus præteriti temporis, qui ante factam rem in præſens reuocat, & ſi dixeris: *Memini me feciſſe*, duo

præterita simul iügis. Cicero, *Memini* Pamphilum Lilybetanum mihi narrare solitum. Idem Respondi Metello vt debui, & *memini* me dicere. Terent.

Ego illam vidi virginem, forma bona, *Memini* videre. Virgilius.

--*memini*, fama est obscurior annis

Aruncos ita ferre senes.

& multis præterea in locis. Neque inuenitur vti ab aliis magnis auctoribus, *Memini* ita positum sit, vt non addatur aut etiam aut aliquantus sermo, qui præsens tempus restituat, nisi vno loco, & hoc quasi mirabile.

Namque sub Oebaliæ *memini* me turribus altis.

Corycium vidisse senem.

quod poetæ pro necessitate metri licuit vsurpare. Agręt.

Memorari & Reminisci differũt, primò secundum tempus: quia licet vtrunque sit circa præteritum, tamen reminiscentia requirit obliuionem in tempore intermedio, quod non requirit memo-

memoratio. Item *Memoratio* benè conuenit aliis animalibus ab homine, *Reminiſcentia* verò non. Ariſtoteles.

Memoria à Commemoratione differt, *Commemoratio* fit verbis, *Memoria* autem ſolum cogitatione.

Memorioſus habet ad dicta factáque referenda memoriam: *Memor*, beneficij memoriam vel iniuriæ refert. Ita *memoriosè*, qui facit, oſtendit in omni re naturæ bonum. *Memoriter* gratum vel fortem ex eo oſtendit, quod vel retribuit beneficium gratè, aut iniuriam vindicat fortiter. Cornel. Front.

Mendicus vide *Pauper*.

Mendum in mendacij ſignificatione dicitur, *Menda* in culpa operis aut corporis. Flo. Soſipat.

Mente captus dicitur, cum mens ex hominis poteſtate abiit: & idem *Demens*, qui de ſua mente diſceſſerit: & *Amens*, qui à mente abierit. S. Pompeius.

Mentiri & Mendacium dicere, quemadmodum diſtent. P. Nigidius ſtudiis bonarum artium præclariſſimus ma-

nifestissimè separauit. Qui *mentitur*, ipse non falsus alterum fallere conatur: qui *mendacium* dicit, ipse fallitur, quantum in se est, vir bonus præstare debet, vt non *mentiatur*, prudens ne *mendacium* dicat: alterum iudicat in homine, alterum non. Non. Marcel.

Mercatura & Merx differunt, Merx est species ipsa, quę emitur, venditúrve, à quo mercimonium, & commercium, quasi contractio quædam mercium, veniunt. *Mercatura* verò est actus ipse emendi ac vendendi merces. *Mercatus*, locus in quo agitur mercatura. Mercem à merendo ære dictam vult Varro. Mercis appellatio, vt vult Vlpianus ad res tantùm mobiles pertinet. Non. Marcel.

Mereri bona, dicimus: *Commereri* mala, id est, delinquere, peccare. In Hecyra.

Sæpe, quod vellem, meritam scio.

Virg. Ego te quæ plurima fando Enumerare vales, nunquam regina negato Promeritam. Donatus.

Inter

Inter *Meretricem* & *Proſtibulam* hoc intereſt: quod *Meretrix*, honeſtioris loci eſt,& quæſtus, nam meretrices à merendo dictæ ſunt, quod copiam ſui tantummodo noctu facerent. *Proſtibula*, quod ante ſtabulum ſtet quæſtus diurni,& nocturni cauſa. Plaut. Ciſtellaria manifeſtiſsimè diſcreuit: Intro ad bonam meretricem, adſtare invia ſolum,proſtibula ſanè eſt. Non. Marcel.

Meritum à debito differt, *Meritum* dicitur id, quod negari poteſt: *debitum* quod negari non poteſt. Bene meriti repulſam pati poſſunt,Illi quibus,debetur, non facilè. Donatus.

Metuimus eos,qui nos amant:*Timemus* etiam inimicos. Donatus.

Metuit vide *Veretur.*

Metuimus periculum: *Veremur* etiam virtutem: ſed *Horremus* cum quadam etiam ſignificatione, quæ ſub oculos cadit: *Metus* igitur diſſimulari ac tegi poteſt: *Horror* verò non poteſt, Cicero in Caton. *Metuere* ſeruorum

Vereri liberorum est, si proprietas spectetur.

Metum, *Timorem*, *Formidinem*, *Pauorem*, Cicero discreuit. Tuscul. lib. 5. In quē autem metus, in eum formido, timiditas, pauor, ignauia incidit. Non. Marcel.

Minæ sunt periculorum nuntij & ab aduersariis: *Formido* in nobis est, & Ciceroni est metus permanens. Donatus.

Miramur opera, *Admiramur* virtutes. Agræt.

Miserè interdum pro immoderatè. Terentius.

Miser & *Miserandus* differunt, si quis merito supplicio afficiatur, *miser* quidem est, sed non *miserandus*: qui verò iniuria malis afficiuntur, *miserandi* sunt. Quilibet igitur *miserandus* est etiam *miser*, sed non omnis *miser* est *miserandus*.

Miseria & Luctus differunt, vt antecedēs & consequens, *Luctus* tantum mortem sequitur, *Miseria* damnum plerunque

runque. Donatus.

Miseror, aris, differt à *Misereor, eris*, quòd *Misereri* passiuum affectum habet, est enim corde anxium esse ex alicuius miseria. *Miserari* verò actiuum est, & verbis aut lacrumis, aut ope dolorem, quem ex alicuius miseria habemus, ostendere. Donatus.

Mitte pro dimitte. *Rogo* pro interrogo. Terent.

Moderatio à *Modestia*, *Moderatio* est in ipsa rei tractatione & gestione: *Modestia* in animi ac vultus significatione & ipsa voluntate. Goclenius in obseruat. Latinæ linguæ.

Modestia ad probitatem vultus pertinet; *Venustas* ad naturam corporis. Donat.

Modestus vide *Probus*.

Modò cùm per correptum, o, dicitur, significat tempus, vt *Modo* introij, & ponitur pro tantùm, vt Tace modò, nunc iam. Quod si producta posteriore syllaba enuntietur, datiuus vel ablatiuus casus est ab eo, quod est modus, vt *Modo* quodam, id est ra-

tione.S.Pompeius.

M*æſtitia* & M*œror* in omnibus aduerſis periculis,&damnis;*Luctus* eſt ex morte. Eſtque hoc ſpeciale, illud generale. Donatus.

M*ollities* & *Deliciæ* differunt, quia M*ollities* propriè reſpicit defectum delectationum: ſed *Deliciæ* reſpiciunt cauſam impeditiuam earum, ſcilicet laborem, vel aliquid tale: ideò deliciæ ſunt quædam mollities. Corne.Fron.

M*onemus* conſilio. *Hortamur* impulſu. Donatus.

M*onimentum*, ſeu vt alij volunt M*onumentum* per u, quicquid nos monet, ſiue monere poteſt alicuius rei præteritæ, vt tituli, ſepulchra, ſtatuæ, fana, porticus, carmina, hiſtoria, documenta, doctrina, libri, cæteráq; huiuſmodi. Porro *monumentum* Vlpianus inquit, ſepulchrum eſt vbi corpus mortui, oſſave hominis condita ſunt. M*onumentum* autem dicitur quod memoriæ ſeruandæ cauſa exiſtat. Marcellus tit.de ſumpt. fund. M*onumentum*

mentum ſepulchri ideſt diuus Hadrianus reſcripſit, quod monumenti, id eſt, muniendi eius loci cauſa factum ſit, in quod corpus impoſitum. Florentinus. *Monumentum* generaliter res eſt, memoriæ cauſa in poſterum prodita: in qua corpus, vel reliquiæ ſi inferantur, fiet ſepulchrum: ſi verò nihil eorum, monumẽtum erit, quod Græci *Cænotaphium* appellarunt.

Monſtra & *Oſtenta* ſimiliter intelliguntur, quod imminentia monſtrent, & oſtendant. *Omen* verò votum eſt mentis & vocis, vnde ſacrificantibus dicitur, bona omina habere, id eſt, vt circumſtantes & mente rectè velint, & bona oribus proferant. *Portentum* non ſolum, quod portendat, ſed etiam quod iam apportet & faciat ex his ſignificationibus, quæ in auſpiciis, & auguriis, & extiſpitiis oſtenduntur. *Prodigium* autem ſemper peſſimum eſt, dictum quaſi porro agendum. Virgil. Æneidos, lib. 3.

Sola nouum, dictúque nefas Harpyia Celæno
Prodigium canit, & tristes denunciat iras.

Hæc tamen sæpe confunduntur ab authoribus,& pro eodem significato capiuntur.Non.Marcell.

Morbilli & *Varioli* differunt, *Morbilli* sunt pustulæ in summa cute exuberantes. Germanicè *Die Masen. Varioli* sunt papulæ,*Die Blattern.*

Morbus & *Vitium* differunt, quod *Morbus* cum accessu discessúque est,vt febris, insania,quæ à Græcis phrenesis, dicitur.*Vitium* vero est,vt cæcitas, claudicatio,vecordia.Cornel. Front.

Mors & *Interitus* in bonam partem semper sumitur. *Nex* & *cædes* in malam. Donatus.

Mos ab *Instituto* differt,*Mos* est cuius certus non extat auctor: *Institutum* cuius certum habemus autorem. Cornel. Front.

Mulcta à pœna differt, quod *Pœna* quælibet coercitio est, *Mulcta* solius pecuniæ:

niæ:quod *Pœna* certa lege eſt expreſ-ſa: *Mulcta* ab Ius dicentis arbitrio pen-det: quod *Pœna* à quocunque iudice infligi poteſt, cui criminis executio demandata ſit: *Mulcta* ab ordinariis tantummodo, iiſque qui pro tribunali ſedent, quod *Mulcta* fiſco datur, *Pœna* etiam parti applicari poteſt: quod *Mulcta* inſaniam non irrogat, *Pœna* quandoque irrogat. Donatus.

Muliebre dicimus à muliere aliquid factum: *Mulierarium*, per mulieres ordinatum, & per viros geſtum. Agræt.

Multi vide *Plures*.

Multum finitum eſt, *Satis* finitum, Auaris illud, hoc parcis, & ſe continentibus applicandum eſt. Lucill. lib. 18.

Denique vt ſtulto nil ſit ſatis, omnia cum ſint,

Idem lib. 5.

Nam ſi quid ſatis eſt homini, id ſatis eſſe potiſſet: Hoc ſat erat: nunc cum hoc non eſt, qui credimus porro diuitias vllas animum mi explere poſſe. Non. Marcell.

Municeps à *Colonis* differt, *Municipes* sunt ciues Romani ex municipiis, suo iure suis legibus vtentes: numeris tamen cum populo Romano honorarij participes, à quo munere capessendo appellari videntur, nullis aliis necessitatibus, nec vlla populi Rom. lege astricti, cum nunquam pop. Rom. eorum fundus factus fuerit. *Coloni* verò sunt, qui non veniunt extrinsecus in ciuitatem, sed ex ciuitate propagati quasi sunt. & iura institutáque populi Romani non sui arbitrij habent. Gellius lib. 16. cap. 3. Alciat. dispunct. lib. 3. cap. 5. lib. 2. cap. 21.

Munificus est tanquam beneficus: *Munifex* tanquam opifex, & artifex, Itaque *Munificus* munera largitur, *Munifex* autem munere fungitur. Flo. Sosipat.

Munus, *Donum* & *præmium* sic differunt, quod *Donum* & *Munus* tam antè factũ quàm post factum datur: *Præmium* nõ nisi post factum. *Donum* voluntarium est, *Præmium* debetur. *Donum* Diis datur, *Munus* hominibus, *Præmium* viris for-

fortibus, *Donum* à liberali homine, *Præmium* à præclaro. Inter *Donum* & *Munus* hoc intereſt, quod *Munus* eſt id, quod neceſſario ſubimus, lege, more, imperio eius, qui iubendi habet poteſtatem. *Donum* quod nulla neceſsitate iuris, ſed ſponte præſtatur, & ſi non præſtatur, nulla reprehenſio: & ſi præſtatur, plerunque eſt laus. Donatus.

Muſſare hominum eſt occultè & preſſa voce loquentium, quod celatum velint. Virgilius lib. 10.

---ſe ſcire fatentur
Quid fortuna ferat populi ſed dicere muſſant.

Murmurare, maioris ſoni eſt proximi ad tumultum. Virg. lib. 1. Georg.

Et reſonantis longè
Littora miſceri, & nemotum increbeſcere murmur. Non. Marcel.

Mutilare vide *Spoliare*.

Mutuo quo vtitur Plautus & hunc ſecutus Caſtalio eſt mutuum do (quod Ciceronis eſt) *Mutuor.* eſt mutuum ac-

cipio. Hinc versiculus.

Mutuo dic dătis, sed mutuor accipietis; Sed tamen Cæcilius mutuo vsurpauit, pro mutuum accipio, vt Ad amicos currat mutuatum, mutuet mea causa, Ita & hîc: Potius præsidium à libertate quàm ab innocentia mutuauit, Valla lib. 6. Eleganti.

M*utuo* do & *Commodo. Commodo* propriè non dicitur de iis rebus, quæ vsu consumuntur, sed *Do mutuo*: dico propriè, quia Plautus impropriè verbo commodo semel aut iterum vsus est. Donatus.

Mutuum & *Depositum* differunt, *Depositum* datur ad vtilitatem dantis, sed *Mutuum* ad vtilitatem accipientis. Cornel. Front.

M*yrtetum* ipse locus est, *Myrtus* ipsa arbor. Seruius.

N

Naiades sunt *Nymphæ* fontium: *Oreades* montium: *Dryades* arborum, Seruius.

In

In *Nascendo* sortem, in *Faciendo* industriam esse veteres dixerunt. Terentius in Adelphis.

Ego profectò ingenio egregiè ad miseriam natus sum.

Cicero 3. Verrina. Homo factus ad istius libidines. Asconius.

Narrare vide *Dicere*.

Nascitur, quod de vtero decedit. *Enascitur* quod de terra, aut de aqua exurgit. Agræt.

Natio, solum patrium quærit: *Gens* seriem maiorum. Cor. Front.

Nauus à præcipuo nauis cursu dicitur, vel alterius causa natus, qui studet per officium suum, & recipit comparationem superlationémque, quia cognomen est. Ita *Nauus* operam nauat alteri. *Celer*, vt suam rem, ita alterius quoque celeriter perficit. Cor. Front.

Ne multas significationes habet, Vt. Ne quære doceri. *Ne* longa, aduerbium prohibendi. *ne* breuis, coniunctio disiunctiua, vt est.

Hominesne feræne.

L

Ne longa, coniunctio causalis, vt est
Ne tenues pluuiæ. Et
Ne subeant herbæ. Agræt.

Necare vide *Interficere*.

Necatus *fame*, *Ertödt durch hunger*: *Enectus fame*, id est exhaustus, *außgelert*, *auß gemartert*, *vnd scheir zu todt gehungert*. Barbari dicunt ferè mortificatus.

Necessitas imperij: *Necessitudo* sanguinis coniunctio. Sallustius tamen necessitudinem, aut sæpe pro necessitate ponit. Flo. Sosipat.

Nefandum, est non fandum: *Nefarium*, quod sacra polluit, farre pro solita celebrari: Ergo *Nefarij* sacrilegi. Ascon.

Nefas, quod in Deos, *Impietas* est, quę aduersus patriam & parentes committitur. Cornel. Front.

Negligentia differt à *Pigritia* & *Torpore*, quod *Pigritia* est tarditas, in exequendis præceptis prudentiæ: *Torpor* est remissio, in executione postquam quis cœperit. *Negligens*, quasi nec

nec eligens. Agel.

N*equicquam*, frustra; N*eutiquam* nullomodo. Terentius.

N*escius* vide *Impius*.

N*igrum* vide *Fuscum*.

N*ihil* aduerbium : Nihili nomen. Agræt.

N*ihil* si dicas quantitatem notas : si verò *Nihili* adiuncta, hominis mores. Fl. Sosipat.

N*ix* vide *Glacies*.

N*obilem*, nobilitate rerum *Generosus*, qui Græcè γενναῖος appellatur, Ita alter ex re, alter ex generatione est. Cor. Front.

N*ocens* à *Nefario* & *Impio* ; distare ; vti *Nocens* leuius videri possit. M. Tul. de officiis lib. 2. voluit. Nec tamen vt hoc fugiendum est, ita habendum est, religioni contrarium, nocentem aliquando & nefarium, impiúmque defendere. Non. Marcel.

N*omen* proprium significat, *Vocabulum* diffundit significationem. Corn. Front.

Nominatio, nominat quem appellat: *Appellatio* appellantis vox eſt, in miniſterio, & appellat ad potentiorem propter iniuriam, vt cum inuocat auxilium magiſtratus, vel cum pecuniam repoſcit. Cornel. Front.

Nonnunquam vide *Ferè*.

Noſcere vide *Scire*.

Notat vel locum quis, vel perſonam, vel noxiam, *Annotat*, qui notæ quid adiicit. Cornel. Front.

Nouißimum ordinis eſt, *Vltimum* orbis. Cornel. Front.

Noxa & noxia hanc habent diuerſitatem quod *noxa* eſt peccatū leue. Virgilius Æneidos libro primo

Vnius ob noxā & furias Aiacis Oilei:

Noxia, nocentia Virgilius libro 8.

--Iræque & crimina noxia cordi.

M. Tul. Hortenſio, vt cęteras quidem res, in quibus peccata non maximè afferunt noxias tamen, ni ſciunt, attingunt. Non. Marcel.

Nunciatur de longinquo: *Denunciatur*, de præſenti, *Adnunciatur* de futuro: *Re-*

nunciatur

nunciatur de excusando ,&repudiando.
Cicero.Renunciata est tota conditio.
Agræt.

N*ullus* est tam in re , quam in persona
N*emo* in persona tantum. Cor. Front.

N*ullus* pro non. Terentius.

N*usquam*, vide *Vsquam.*

N*ymbi*, dicuntur repentinæ, & præcipites pluuiæ. *Pluuias* ipsas, vocamus lentas. Seruius.

O

Ob præpositio, aliâs ponitur pro circum: vt cum dicimus, Vrbem obsideri, obsignari, obuallari, Alias In, vicem præpositionis, quæ est propter, vt Ob merita, Ob superatos hostes, vnde ob sides quasi obsides, qui ob fidem patriæ præstandam dantur. Aliâs pro ad. vt Ennius.

Ob Romam noctu legionem ducere cœpit. S. Pompeius.

Obiurgat eum, cuius habet potestatem:

Monet propter beneuolentiam. *Admonet*, vt confirmet memoriam: *Submonet*, vt possit ordinatè pronunciare. Igitur in *Obiurgante* potestas, in *Monente* beneuolentia, in *Admonente* memoria, in *Submonente* officium. Corn. Front.

Obligatus vide *Damnatus*.

Obligatus vide *Destrictus*.

Obtinere & Retinere differunt, *Obtinemus* nondum nostra. *Retinemus* quæ nostra sunt. *Obtinemus*, quæ aliorum potestate in periculum vocari possunt. *Retinemus* ea, quæ perire non possunt, nisi nostra voluntate, Itaque in illo maior est difficultas. Agel.

Obloqui vide *Loqui*

Obniti vide *Niti*

Obnunciat qui malam rem nunciat. *Annunciat* qui bonam. S. Pompeius.

Obsequium assentator debet, *Veritatem*, amicus. Terentius in Andria.

Obsequium amicos, Veritas odiū parit.

Inter *Obsidionalem & Ciuicam coronam* hoc interest, quod altera singularis salutis

salutis signum est: altera vniuersorum ciuium seruatorum. Sext. Pompeius.

Obtestatio dicitur, quando eum adiuramus, quem rogamus. *Oramus* per eas res, propter quas rogamus. Virgilius.

--per euersæ genitor fumantia Troiæ
Excidia obtestor.

Oramus quæ bona sunt: *supplicamus* in aduersis magis, vel cum lachrymis. Donatus.

Obtundo pro eneco Terentius.

Occasio à *Facultate* differt. In occasione spectatur solum tempus ad rem perficiendam idoneum, estque tempestiuitas, vt loquitur Cicero: *Facultas* verò omnia instrumenta continet, atq; adiumenta. Donatus.

Occidere vide *Interficere*.

Occipio pro *Incipio* Terentius.

Occulte latent, *Clam* celant. Cornel. Front.

Oculissimum, charissimum, Plaut. Oculissimum ostium amicę.

Oculatum pro præsenti posuit, idem Plaut. cum dixit: Oculata die. Item

ipſe Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quam auriti decem,

id eſt qui ſe vidiſſe dicat. *Oculitus* quoque dicitur, vt funditus, penitus, quo ſignificatur tam charum eſſe, quàm oculũ. S. Pompeius.

Odium differt ab *Inuidia*, quia nemini iuſtè inuidemus. *Odio* verò iuſtè quam plures habentur, ſicuti qui neque malorum conſuetudine fugiunt. Multi odio ſe habent, nemo ſibi inuidet. Præterea *Odium* differt ab *Inuidia*, quod *Odium* in brutorum etiam natura comperitur, vt eſt inter Ægithum & Acanthidem, quorum nec cruor quidem cum interfecti fuerint commiſceri poteſt: quod ſi fortè miſcueris, rurſus fluit, & ſeparatur. *Inuidia* verò humanum genus non excedit, ſecundum Plutarchum in libro, de differentiis odii & inuidię.

Odorum quod per ſe olęt, *Odoratum*, quod odorem aliunde accipit. Seruius.

Offector vide *Infector*.

Offen-

Offendi pro *inueni.Terentius.*

Offensio atque *Offensa* ita differunt, quod *Offensio* semper paſsiuè accipitur: *Offensa* verò actiuè. Cicero. In corpore ægro odiosa est omnis offensio. Idem Cùm tot eius offensas pati non poſſem, inde diſceſsi.

Officina à *taberna* differt, *Officina* est, vbi opera fiunt, vt statuarij, fusoris, cum *Taberna* sit, vbi effecta venduntur. Etsi eadem poteſt eſſe officina & taberna, vt: Sutrina. Attamen Valla, tabernam ab officina diſtingui ſcribit lib. 4. Quod *officina* sit, vbi opera fiunt, *Taberna* verò vbi opera ipſa, cæteræque merces venditantur. Cæterùm hanc differentiam negat eſſe perpetuam. *Tabernas* alicubi accipit Cicero pro *Officinis*, in quibus operarij conducti opera faciunt.

Officium vide *Ius.*

Differentia inter *Officium*, *Studium*, & *Laborem*. *Studium* voluntatis eſt, non affectionis, ac plerumque ratione caret: *Officium* non niſi voluntarium, & ſemper

per cum ratione & mente coniunctum est. *Labore* corpus ipsumque quę defatigatur. Donatus.

Distantia inter *Officium*, *Studium*, & *Beneficium*; *Beneficium* maius quid est, quàm *officium*, & hoc quàm *Studium*: id quædam loca Manutij ostendunt in Epistolis, è quibus hic est: Quod verè nescio, quid de beneficio in te meo, noli tantum largiri modestiæ tuæ, vt vocabulis parum propriis, nec satis cum re congruentibus vtar. Quod enim tu beneficium appellas, ego verius officium, & officium eiusmodi, quod prætermitti à me sine graui culpa non posset. Quare si vis, da mihi ornandos, atque amandos, qui ad nos veniunt, amicos tuos: officiis eos, si potero, sin minus, studio certè & humanitate complectar. Aliud ab his est obsequium.

Olim & *Quondam* & *Aliquando*, tria tempora tenent, præteriti, præsentis, & futuri: affatim inueniuntur exempla,

præ-

præsentis demus, quod difficile videtur. Virgilius.

---tumidis quod fluctibus olim.

Funditur. Idem

Quondam etiam victis redit in præcordia virtus. Cic. Expergiscimini aliquãdo, & capessite Rempub. Agræt.

O*lea* ipsa arbor est, vnde deriuatũ est oleum: *oliua* fructus ipse, vnde est oliuum. Legimus tamen *oliuam*, & de arbore vt Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ. Seruius.

O*men* vide *Monstrum.*

O*mittimus* totum, *Intermittimus* partem, *Remittimus* relaxando cõtinuationem, Accipitur etiam pro dare, concedere, *nach lassen, nach geben.* Ignoscere *verzeihen.*

O*mne* atque *Totum*, vt ab omni plus esse *Totum* putent, volunt quidã esse seiunctum: cùm indiscretè inter auctores frequẽter positũ legerimus, & vtrunq; cũ significantia vniuersitatis. Lucret. lib. 1.

Totum video per inane geri res.

Virgil. Bucol. Omnia vincit amor.

Et idem Georg.lib.3.

Omne adeò genus in terris hominúmque ferarúmque,
Et genus æquoreum, pecudes pictæque volucres
In furias, ignémque ruunt amor omnibus idem.

Et Æneid.lib.6.

---totámque infusa per artus
Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.

Quid quod totum, quod plus putatur, non pro cuncto alicubi accipi potest? Virg.Georg.lib.3.

Totas aduoluêre focis vlmos, ignique dedêre.

Vt sit totas, integras, non omnes, quæ in mundo sunt, vlmos.

Omnes nullum excipit, vt omnes homines, ita & res, *Cuncti* in personarum numero nominantur, prisco dicti verbo: *Vniuersi*, in vnam sententiam conuersi, dicendi quid, siue faciendi. Cornel.Front.

Oneratus est qualicunque pressus pondere:

re: *Onustus*, cui onus ipsum honori est, vt siquis hostium spolia ferat: sed *Oneratus* aspirationem non habet, quia ab onere venit: *Honustus*, quia etiam ab honore descendit, retinet aspirationem. Seruius.

Onus vehiculorum & maius est, *Sarcina* hominum. Cornel. Front.

Hoc *Opus* & hæc *Opera*, tunc dicimus, quando negotium ipsum, quod geritur, significamus: Si autem fœminino genere dixerimus Operas personas ipsas, quæ aliquid faciunt, significamus. Seruius.

Opem ferre dicitur in malis rebus, & iis, qui de salute dubij sunt. Terentius in Adelphis.

Fer opem serua me.

Opitulari & opitulatio dicta ab opem tollendo, hoc est ferendo. In Andria.

Sin opitulor huius minas. Donatus.

Operior pro *expecto*. Terent.

Opes numero tantum plurali diuitias significat. Virg. Troianas vt opes. Numero singulari auxilium. Terentius.

Iuno Lucina fer opem, ſerua me obſecro. *opim* quando dicimus, Nympham ſignificamus: Si autem dicimus opem, auxilium intelligimus. *opes* numero plurali, auxilia & cenſus accipimus. Nam *ops* terra eſt vxor Saturni, quam Græci Rheam vocant. Seruius.

Quæ *opinamur*, putamus, quæ *Putamus* incerta ſunt. Donatus.

Opinio hominem ſuſpectum facit: *Fama* vel commendat, vel deſtruit. *opinio* oſtendit: *Fama* indicat, *Rumor* tumultuatur. Cor. Front.

Opobalſamum vide *Balſamum*.

Oportet. Licet, Decet, differunt, *oportet & Licet* diſtinguuntur vt Genus & ſpecies. Nam quicquid oportet, licet, nō contra, quicquid licet, oportet, Id ſignificat Cicer. in oratione pro L. Cornelio Balbo. Eſt inquit, aliquid quod non oportet. Huc pertinet illud pro Milone: Satis iudicatum eſt à Pompeio, falſo iſta conferri in Milonem, qui legem tulit, quia vt ego

ſentio,

ſentio, Milonem abſolui oporteret: vt omnes confitentur, liceret. Item illud ex actione 5. in Verrem. Nã illud genus tertiũ deductionis erat huiuſmodi, quaſi nõ modò liceret, ſed etiam oporteret: nec ſolum oporteret, ſed plane neceſſe eſſet. Deinde oportere declarat perfectionem officij. Licere dicitur id, quod legibus & iure permittitur. Decere eſt facere, quod conueniat perſonis, temporibus. Goclenius in obſeruat. Latinæ linguæ.

O*pportunus* vide *Commodus*.

O*ppugnare*, vide *Prodere*.

O*pprimere* vide *Extinguere*.

O*pulentus* vide *Locuples*.

O*pulentus* vide *Diues*.

O*pus* ſicut & O*portet* eſt minus quàm neceſſe, N*eceſſe* eſt plus quàm *oportet*. Donatus.

O*ra* & O*ræ* licet paria eſſe videantur, tamen vt genere, ita intellectu diſtant, Nam quoties in his neutrum genus tangitur, vultus vel facies noſtra ſignificatur. Virgilius.

Os humerósque Deo similis.

Et libro duodecimo,

Ora citatorum dextra detorsit equorum,

Quoties fœmininũ, cuiuslibet rei fines. Virgilius libro 1. Æneidos,

---exire, locósque

Explorare nouos, quas vento accesserit oras. Non. Marcel.

Orare est placidos petere: *Obsecrare*: iratos rogare: *Obsecrans* plus facit, quàm *orans*, plus *Orans*, quàm *Rogans*. Donat.

O*ratio* in sensu est: *Stilus* in verbis, O*ratio* ad res refertur. *Stilus* ad verba: *Stilus* non est in tempore, sed prolata oratione. O*ratio*, est in cogitatione, & in prolatu. Donat.

O*rator*, *Rhetor*, *Declamator*, differunt, O*rator* est, qui in iudiciis, vel in concionibus causas egit: *Rhetor*, qui rhetoricam profitetur: *Declamator*, qui aut docendi alios, aut exercendi se gratia fictam causam agit, vt in veris postea causis posit orare, quod declamare dicitur, quare declamare erit ficto themate componere. hinc actiones ipsæ

ipſæ orationes & declamationes vocantur. Ab *oratore*, dicitur oratorius, vt oratorius ſermo. Cornel. Front.

Ordinatio ſimplex eſt, *Diſpoſitio* vaga. Cornel. Front.

ordo, vel bonorum, vel malorum, Grex vel bonorum, vel malorum eſt, & leuium Cicero. In his bonis gregibus omnes aleatores, omnes impuri, impudicique verſantur. Donatus.

Oreades vide *Naiades.*

Os vide *Vultus.*

Oſcula officiorum ſunt: *Baſia* pudicorum affectuum, *Suauia* libidinum vel amorum. Donatus.

oſtentum vide *Monſtrum*

oſtia vide *Fores.*

P

Pactum & Conuentum differunt. *Pactum* conuentum in iure appellatur ſine coniunctione media, & nudum pactum intelligitur, quod ſolo conſenſu

constat. Nam alterum vestitum appellant, hoc est, aliquo certo iure formatum, quod pręter consensum partium etiam vim habet ex iure ciuili, & tunc aliud nomen accipit. Hoc propriè actionem parit: illud exceptionem duntaxat. vt ff. C. de pactis.

Palam vide *Coram*.

Palus vide *Lacus*.

Pangere versus vide *Impages*.

Paranymphus & *Nymphagogus* & *Promnestria*, *Paranymphus* quasi assecla sponsi, deductor sponsi. *Breutigaußfürer*, *Nymphagus* qui deducit sponsam *Braut führer*, προμνήστρια, mulier quæ adest sponsæ, deducit eam ad lectum: soluit ei cingulum, Latinè pronuba. Scalig. lib. 3. poetices cap. 101.

Parasiti ab Adulatoribus siue *Assentatoribus* differunt, quod hi quauis causa, illi aut cibi, aut commodi gratia tantum adulantur. De his itaque Athenæus ex autoritate Clearchi Solensis ait: Parasitos vocabant antiquitus sacrorum conuiuiorum conuiuas

uiuas. Græcè συνθοίνους. Altera Sacerdoti, altera parasito pars erat. Aristoteles in politicis inquit, quod principibus olim Methoniensibus duo sigillatim parasiti fuerunt, ducibus verò exercitus vnus, certósq; cibos & obsonia ex piscibus sumebãt, postea probro fuere, adulatorésq; dicti sunt. Primus Homerus introducit Podẽ quendam asseclam Hectoris & conuiuij, qua etiam de causa ipsum ponit Hectorem à Menelao vulneratũ: quod par fuerat à viro Spartano ac sobrio hominem Troianum (quod genus in luxu & vino ac saltationibus viuit) feriri in ventre, qui mensis & parasitico luxui vacaret.

In verbis παρόμοιον dicitur. Terẽ. in And. Inceptio est amentiũ haud amãtium. In nominibus παρωνομασία, Cicero Facie magis quam facetiis ridiculus. παρομόνιον quoties verba sunt. παρωνομασία quoties nomina. Donatus.

Parsimonia differt à *Frugalitate*, quod *Parsimonia* est quid generalius.

Frugalitas vero est propriè cibi potúsque mentis frugi ac bene compositæ moderatio: cuius contrarium Voracitas. Cicero dicit *Frugalitatem* plura complecti, scilicet, iustitiam, fortitudinem, *temperantiam*, prudentiam.

Particeps vide *Socius*

Parum in tempore, *Breue*, in spatio: *Exiguum*, in corpore infantis, *Pusillum* in corpore pumilionis. Cornel. Fron.

Pascere vide *Alere.*

Paßim aliquid inueniri rerum, de re corporali rectè dicimus. *Affatim* de re aliqua incorporali: primum enim de incessu, illud de affatu dictum. A græt.

Patronus & Parens differunt, *Patronus* aut temporale nomen est defensoris, aut certè appellatio, per quam ostenditur, quid illi cultus aut obsequij debeatur. *Parens* autem veri amoris nomen est. Donat.

Patrocinium vide *Causam.*

Patronus, *Aduocatus*, *Procurator*, & *Cognitor*, differunt, qui defendit alterum in iudicio, aut *Patronus* dicitur, si orator

est,

est,aut *Aduocatus*, si aut ius suggerit, aut prçsentiam suam commodat amico: aut *Procurator*, si negotium absentis nomine suscipit,aut *Cognitor*,si prçsens causam nouit,& sic tuetur vt suã. Cicero in Diuinat. Me defensorem calamitatum suarum, me vltorem iniuriarum,me cognitorem iuris sui,me actorem causæ totius esse voluerunt. Ascon.

Patulum dicimus,quod per se patet naturaliter,vt nares,arbor:*Patens* est,quod & aperitur,& clauditur, vt ostium,oculi,Seruius.

Paulo minus, *Paululum*, *Paulisper*, *Paulominus* est propemodum, penè, ei opponitur paulo-magis. Suet. in Tiber. & Neron. Talem principem paulominus quatuordecim annos, perpessus est terrarum orbis. Et: Ciuilem admodum inter initia, ac paulo-minus priuatum egit. *Paululum* remissionis est, & significat aliquantulum ac opponitur τοῦ multum vel pluscu-lum. Aliquando idem est, quod

paulisper, vt paululum nummorum, temporis, otij. Contr. plusculum otij nactus ad te scribam. Terentius.

Paululum opperire, si vis, iam frater ipse hîc aderit: id est paulisper. *Paulisper* significat temporis modum, hoc est breuitatem: græcè βραχύν, vt Cic. suscipe paulisper meas partes, id est, ad breue tempus. Vide Apologiam eruditam Erasmi Roterodami ad Iacobum Fabrum Stapulensem de versione Psal. 8. Minuisti eum paulo-minus ab Angelis: pro, fecisti eum paulisper inferiorem Angelis. τὸ βραχύν enim quod habent septuaginta, melius redditur paulisper, quam paulo-minus.

P*auor* vide *Metus*.

P*ax, Concordia, & Compositio*. *Pax* est in publicis rebus. *Concordia* in priuatis: *Compositio* in offensione. Donatus.

P*ax & Otium* differunt. *Pax* dicitur inter publicas personas, & de maximis principum dissidiis: *Otium* inter priuatas & de rebus domesticis. Florus

rus Sosipater.

Peccare vide *Delinquere.*

Peccare vide *Facere.*

Peccatum & *Crimen* differunt, sicut genus & species. Nam omne crimen est peccatum, non autem econuerso. Est enim *Crimen* graue peccatum, accusatione & damnatione dignum. Donatus.

Pecuaria, ab eo quod est *pecuare* venit: nã *pecua*, vt ait in Pompeiana Cicero, ab eo, quod est *pecu* venit, Vt genu genua. Seruius.

Pedale mensura est pedis: *pedule* verò sub pedibus præstat vtilitatem. Cornel. Front.

Peius & *Deterius* his sensibus discernuntur: quod sit peius à malo, quod in vsu est, & creberrimè frequentatur, *Deterius* verò à bono, vt minoris sit meriti, quam id quod placet. Virg. Geor. li. 4.

Deterior qui visus, cũ ne prodigus obsit.

Dede neci: Idem lib. 8. Æneidos.

Deterior donec paulatim ac decolor ætas.

Hæc enim melioribus comparata ſunt. Non. Marcel.

Penes vide *Apud*.

Penetrale dicitur, quod penetrat, quod autem penetratur, *Penetrabile*. Seruius.

Penus vide *Cellarium*.

Percontatio vide *Interrogatio*.

Percuſſum corpore dicimus. *Perculſum* animo. Cicero de ſignis, Tanquam illa face perculſos eſſe. Agræt.

Perdere & *Amittere* interdum inter ſe differunt, vt cum dicitur: Decius vitam amiſit, ſed non perdidit. Nec dicitur: operam oleum, aquam, amiſit, ſed perdidit: id eſt fruſtra conſumpſit. Ad Heren. ſed quod literatores quidã dicunt perdimus conſultò, Amittimus inconſultò, ei refragatur Latinorum vſus. Ciceronis enim ſunt, liberos amittere & perdere. Filium perdidit: oculos non perdidiſti, Claſſes amiſſæ, & perditæ. Amittere litem, perdere litem, perdere vel amittere oppidum. Hoc autem

verum

verum est, propriè perdere plus est, quam amittere. Cicero classes amissę, ac perditæ. Goclenius in obseruat. Latinæ linguæ.

Perditum quod inueniri non potest. *Profligatum*, quod potest. Ascon.

Perducitur vide *Adducitur*.

Peregrinus vide *Hostis*.

Perferre vide *Ferre*.

Perfuga, & *Profugus* differunt. *Perfuga* est, qui ad hostes profugit. Aliquando dicitur *Transfuga*, qui à suis deficiens aliis se adiungit, *Profugus*, qui è patria, domicilio, finibus, in quibus ante egit, profugit, *Fluchtig*. Liuius 4. bell. Maced. Annibal patria profugus, Perfugium & profugiũ Ciceroni vnum sunt. Cornel. Front.

Periculum pro experientia. Terentius.

Peritus vide *Doctus*.

Perire & *Interire*, plurimum differentiæ habent, quod *Perire* leuior res est, Et habet inuentionis spem, & non omniũ rerum finem. Plaut. Capt. qui per virtutem perit, at non interit.

ducere, Itaque *Suademus* facilia: *Persuademus* difficilia, *Suadere* facientis est, *Persuadere* perficientis. Donatus.

Perseuerantia à *Pertinacia*, *Perseuerantia* in bonam, *Pertinacia* ferè in malam partem accipitur, Dico ferè: Quia apud Liuium & Suetonium etiam in bonam: vt vincit omnia pertinax virtus. Et Valer. Max. Pertinacem Deorum indulgentiam dixit.

Petimus precariò: *Poscimus* imperiosè, Donatus.

Petitor in caussis priuatis dicitur, *Accusator* in publicis. Donatus.

Piget vide *Miseret*.

Piget ad futurum spectat: *pudet* ad præteritum, Et licet penè vna sit significatio, tamen dicimus piget me illud dicere, pudet me fecisse. Seruius.

Phaleræ vide *Ambages*.

Placidus vide *Clemens*.

Plantæ & *Plantaria* differunt, *Plantæ* raptę sunt de arboribus. *Plantaria* verò ex seminibus nata cum radicibus & terra propria transferuntur. Agel.

Plebs,

Plebs, & *Populus*, idem alicui videri possunt, plebs tamen à populo differt, quod species à genere, quod videlicet latius *Populi* nomen pertineat. *Plebs* enim non complectitur nisi cerdones, & reliquam ciuitatis fæcem: populus etiam patritios. Corn. Front.

Plenum à *Referto* differt. *Plenum* est in quo est aliquod interuallum, *Refertum* quod coactum est, in quo nullum spatium est. Donatus.

Plures de multitudine scribimus, *Plures* de comparatiuo gradu. Cic. Vnus plures prædonum duces cepit Seruilius, quàm cæteri. Positiuum habet Multi, Superlatiuum Plurimi. Agræt.

Plus à *Multo*, vetustas voluit discrepare, & potest videri hanc habere distantiam, vt sit *Multum* à plurimo minus, ac non supra modum. Virg. Georg. lib. I.

Multum adeo rastris glebas qui frangit inertes.

Plus sicut in plerisque, quo maioris modi est, quàm necessarium est, atque i-

constat. Nam alterum vestitum appellant, hoc est, aliquo certo iure formatum, quod prçter consensum partium etiam vim habet ex iure ciuili, & tunç aliud nomen accipit. Hoc propriè actionem parit: illud exceptionem duntaxat. vt ff. C. de pactis.

Palam vide *Coram*.

Palus vide *Lacus*.

Pangere versus vide *Impages*.

Paranymphus & *Nymphagogus* & *Promnestria*, *Paranymphus* quasi assecla sponsi, deductor sponsi. *Breutigaußfürer*, *Nymphagus* qui deducit sponsam *Braut führer*, προμνήστρια, mulier quæ adest sponsæ, deducit eam ad lectum: soluit ei cingulum, Latinè pronuba. Scalig. lib. 3. poetices cap. 101.

Parasiti ab Adulatoribus siue *Assentatoribus* differunt, quod hi quauis causa, illi aut cibi, aut commodi gratia tantum adulantur. De his itaque Athenæus ex autoritate Clearchi Solensis ait: Parasitos vocabant antiquitus sacrorum conuiuiorum con-

uiuas

uiuas. Græcè συνθοίνας. Altera Sacerdoti, altera parasito pars erat. Aristoteles in politicis inquit, quod principibus olim Methoniensibus duo sigillatim parasiti fuerunt, ducibus verò exercitus vnus, certósq; cibos & obsonia ex piscibus sumebāt, postea probro fuere, adulatorésq; dicti sunt. Primus Homerus introducit Podē quendam asseclam Hectoris & conuiuij, qua etiam de causa ipsum ponit Hectorem à Menelao vulneratū: quod par fuerat à viro Spartano ac sobrio hominem Troianum (quod genus in luxu & vino ac saltationibus viuit) feriri in ventre, qui mensis & parasitico luxui vacaret.

In verbis παρόμοιον dicitur. Terē. in And. Inceptio est amentiū haud amātium. In nominibus παρωνομασία, Cicero Facie magis quam facetiis ridiculus. παρόμοιον quoties verba sunt. παρωνομασία quoties nomina. Donatus.

Parsimonia differt à *Frugalitate*, quod *Parsimonia* est quid generalius.

Frugalitas vero eſt propriè cibi potúſque mentis frugi ac bene compoſitæ moderatio: cuius contrarium Voracitas. Cicero dicit *Frugalitatem* plura complecti, ſcilicet, iuſtitiam, fortitudinem, *temperantiam*, prudentiam.

Particeps vide *Socius*

Parum in tempore, *Breue*, in ſpatio: *Exiguum*, in corpore infantis, *Puſillum* in corpore pumilionis. Cornel. Fron.

Paſcere vide *Alere*.

Paßim aliquid inueniri rerum, de re corporali rectè dicimus. *Affatim* de re aliqua incorporali: primum enim de inceſſu, illud de affatu dictum. Agræt.

Patronus & Parens differunt, *Patronus* aut temporale nomen eſt defenſoris, aut certè appellatio, per quam oſtenditur, quid illi cultus aut obſequij debeatur. *Parens* autem veri amoris nomen eſt. Donat.

Patrocinium vide *Cauſam*.

Patronus, *Aduocatus*, *Procurator*, & *Cognitor*, differunt. qui defendit alterum in iudicio, aut *Patronus* dicitur, ſi orator

eſt,

eſt,aut *Aduocatus*, ſi aut ius ſuggerit, aut pręſentiam ſuam commodat amico: aut *Procurator*, ſi negotium abſentis nomine ſuſcipit,aut *Cognitor*,ſi pręſens cauſam nouit,& ſic tuetur vt ſuã. Cicero in Diuinat. Me defenſorem calamitatum ſuarum, me vltorem iniuriarum,me cognitorem iuris ſui,me actorem cauſæ totius eſſe voluerunt. Aſcon.

Patulum dicimus,quod per ſe patet naturaliter,vt nares,arbor:*Patens* eſt,quod & aperitur,& clauditur, vt oſtium,oculi,Seruius.

Paulo minus, *Paululum*, *Pauliſper*, *Paulominus* eſt propemodum, penè, ei opponitur paulo-magis. Suet. in Tiber. & Neron. Talem principem paulominus quatuordecim annos, perpeſſus eſt terrarum orbis. Et: Ciuilem admodum inter initia, ac paulo-minus priuatum egit. *Paululum* remiſſionis eſt, & ſignificat aliquantulum ac opponitur τοῦ multum vel pluſculum. Aliquando idem eſt, quod

paulisper, vt paululum nummorum, temporis, otij. Contr. plusculum otij nactus ad te scribam. Terentius.

Paululum opperire, si vis, iam frater ipse hîc aderit: id est paulisper. *Paulisper* significat temporis modum, hoc est breuitatem: græcè βραχύη, vt Cic. suscipe paulisper meas partes; id est, ad breue tempus. Vide Apologiam eruditam Erasmi Roterodami ad Iacobum Fabrum Stapulensem de versione Psal. 8. Minuisti eum paulo-minus ab Angelis: pro, fecisti eum paulisper inferiorem Angelis. τὸ βραχύη enim quod habent septuaginta, melius redditur paulisper, quam paulo-minus.

P*auor* vide *Metus*.

P*ax*, *Concordia*, & *Compositio*. *Pax* est in publicis rebus. *Concordia* in priuatis: *Compositio* in offensione. Donatus.

P*ax* & *Otium* differunt. *Pax* dicitur inter publicas personas, & de maximis principum dissidiis: *Otium* inter priuatas & de rebus domesticis. Flo-

rus

rus Sosipater.

Peccare vide *Delinquere*.

Peccare vide *Facere*.

Peccatum & *Crimen* differunt, sicut genus & species. Nam omne crimen est peccatum, non autem econuerso. Est enim *Crimen* graue peccatum, accusatione & damnatione dignum. Donatus.

Pecuaria, ab eo quod est *pecuare* venit: nã *pecua*, vt ait in Pompeiana Cicero, ab eo, quod est *pecu* venit, Vt genu genua. Seruius.

Pedale mensura est pedis: *pedule* verò sub pedibus præstat vtilitatem. Cornel. Front.

Peius & Deterius his sensibus discernuntur: quod sit peius à malo, quod in vsu est, & creberrimè frequentatur, *Deterius* verò à bono, vt minoris sit meriti, quam id quod placet. Virg. Geor. li. 4.

Deterior qui visus, eũ ne prodigus obsit.

Dede neci: Idem lib. 8. Æneidos.

Deterior donec paulatim ac decolor ætas,

Hæc enim melioribus comparata sunt. Non. Marcel.

Penes vide *Apud.*

Penetrale dicitur, quod penetrat, quod autem penetratur, *Penetrabile.* Seruius.

Penus vide *Cellarium.*

Percontatio vide *Interrogatio.*

Percussum corpore dicimus. *Perculsum* animo. Cicero de signis, Tanquam illa face perculsos esse. Agræt.

Perdere & *Amittere* interdum inter se differunt, vt cum dicitur: Decius vitam amisit, sed non perdidit. Nec dicitur: operam oleum, aquam, amisit, sed perdidit: id est frustra consumpsit. Ad Heren. sed quod literatores quidã dicunt perdimus consultò, Amittimus inconsultò, ei refragatur Latinorum vsus. Ciceronis enim sunt, liberos amittere & perdere, Filium perdidit: oculos non perdidisti, Classes amissæ, & perditæ. Amittere litem, perdere litem, perdere vel amittere oppidum. Hoc autem

verum

verum eſt, propriè perdere plus eſt, quam amittere. Cicero claſſes amiſſę, ac perditæ. Goclenius in obſeruat. Latinæ linguæ.

Perditum quod inueniri non poteſt. *Profligatum*, quod poteſt. Aſcon.

Perducitur vide *Adducitur*.

Peregrinus vide *Hoſtis*.

Perferre vide *Ferre*.

Perfuga, & *Profugus* differunt. *Perfuga* eſt, qui ad hoſtes profugit. Aliquando dicitur *Transfuga*, qui à ſuis deficiens aliis ſe adiungit, *Profugus*, qui è patria, domicilio, finibus, in quibus ante egit, profugit, *Fluchtig*. Liuius 4. bell. Maced. Annibal patria profugus, Perfugium & profugiũ Ciceroni vnum ſunt. Cornel. Front.

Periculum pro experientia. Terentius.

Peritus vide *Doctus*.

Perire & *Interire*, plurimum differentiæ habent, quod *Perire* leuior res eſt, Et habet inuentionis ſpem, & non omniũ rerum finem. Plaut. Capt. qui per virtutem perit, at non interit.

Permittere & *Committere* differunt, *Permittimus*, quod poteſtati concedimus, vt liceat. *Committimus*, quod fidei credimus, vt deceat: vt pro C. Rabirio poſt humo: Hîc iam, iudices, veſtri conſilij res eſt, veſtræ ſapientiæ, quid deceat vos, non quantum liceat vobis, ſpectare videtis. Si enim quid liceat quæritis, poteſtis tollere è ciuitate, quem vultis. Tabella eſt, quæ dat poteſtatem, occultat eâdem libidinem: cuius conſcientiam nihil eſt quod quiſquam timeat, ſi non pertimeſcat ſuam. Vbi igitur eſt ſapientia, iudices? In hoc vt non ſolum quid poſsit, ſed etiam quid debeat, pōderet: nec quātum ſibi permiſſum meminerit ſolū, ſed etiam quatenus cōmiſſum ſit. Pro M. Fonteio: Frugi igitur hominem, iudices, frugi inquam, & in omnibus vitæ partibus moderatum ac temperantem, plenum pudoris, plenum officij, plenum religionis videtis poſitū in veſtra fide ac poteſtate, atq; ita, vt cōmiſſus ſit fidei, permiſſus poteſtati.

Actione

Actione in Verrem 3. Incōmoda sua vestris cōmittere legib.& iudiciis quā dolori suo permittere maluerunt.

Pernix pedum est, vt

Pernicibus ignea plantis

Celeritas pennarum, vt

--celeríq; fuga sub sidera lapsæ. Seru.

Perpetuitas differt ab *Aeternitate*, *Aeternitas* finē tollit, *Perpetuitas* interruptionē. Igitur illa curat extrema, hæc designat medium, id est, perpetuitas est continuitas, cum non intermittitur aliquid. Qui loquuntur aliter, inquit Scaliger in lib. de Plant. eos neque pro Latinis haberem, neque in numero philosophorum.

Perpetuum vide *Sempiternum*.

Persuadeo differt à *Suadeo*, quod *Suadere* sit, accommodatis, & suauibus verbis aliquem in opinionem nostram inducere conari, hoc est hortari aliquem ad id quod intendimus, Cuius contrariū est dissuadeo. *Persuadere* verò est, suadendo aut dissuadendo aliquid hominē in opinionē nostrā deducere

ducere, Itaque *Suademus* facilia: *Persuademus* difficilia, *Suadere* faciētis est, *Persuadere* perficientis. Donatus.

Perseuerantia à *Pertinacia*, *Perseuerantia* in bonam, *Pertinacia* ferè in malam partem accipitur, Dico ferè: Quia apud Liuium & Suetonium etiam in bonam: vt vincit omnia pertinax virtus. Et Valer. Max. Pertinacem Deorum indulgentiam dixit.

Petimus precariò: *Poscimus* imperiosè, Donatus.

Petitor in causis priuatis dicitur, *Accusator* in publicis. Donatus.

Piget vide *Miseret*.

Piget ad futurum spectat: *pudet* ad præteritum, Et licet penè vna sit significatio, tamen dicimus piget me illud dicere, pudet me fecisse. Seruius.

Phaleræ vide *Ambages*.

Placidus vide *Clemens*.

Plantæ & *Plantaria* differunt, *Plantæ* raptę sunt de arboribus. *Plantaria* verò ex seminibus nata cum radicibus & terra propria transferuntur. Agel.

Plebs,

Plebs, & *Populus*, idem alicui videri possunt, plebs tamen à populo differt, quod species à genere, quod videlicet latius *Populi* nomen pertineat. *Plebs* enim non complectitur nisi cerdones, & reliquam ciuitatis fæcem: populus etiam patritios. Corn. Front.

Plenum à *Referto* differt. *Plenum* est in quo est aliquod interuallum, *Refertum* quod coactum est, in quo nullum spatium est. Donatus.

Plures de multitudine scribimus, *Plures* de comparatiuo gradu. Cic. Vnus plures prædonum duces cepit Seruilius, quàm cæteri. Positiuum habet Multi, Superlatiuum Plurimi. Agræt.

Plus à *Multo*, vetustas voluit discrepare, & potest videri hanc habere distantiam, vt sit *Multum* à plurimo minus, ac non supra modum. Virg. Georg. lib. I.

Multum adeo rastris glebas qui frangit inertes.

Plus sicut in plerisque, quo maioris modi est, quàm necessarium est, atque i-

deo M. Tul. Maius discrimen. Epist. ad Catonem. Nec iccirco mihi desiderandum esse dignitatem meam, quod eam multi impugnarunt, sed eo magis recolendam, quod plures desiderarint. Non. Marcel.

Poculum vas est, *Potio*, quod hauriatur. Cic. Accepto poculo subitò in media potione exclamauit. Agræt.

Podagrosus à podagra benè dicitur, sed & *Podagricus* à pedum ægritudine. Sosipat.

Poetice est rei, vel historicè: *Poesis* operum contextus: *Poema* certis pedibus & legitimis numeris inclusa materia: *Poeticum* in poeta vtile est. Cornel. Front.

Pol, *Edepol*, *Castor*, *Hercle*, iurandi. Terentius.

Polimus rudia, *Nouamus* vetera. Cornel. Front.

Pollicemur sponte, *Promittimus* rogati. Itaque Cicero Vltro interdo addit ad polliceor. Seruius.

Pometa dicuntur, vbi poma nascuntur,

vt oli-

vt olineta, *Pomaria* autem, vbi seruantur, vt Penuaria. Sosipat.

Pompeij porticus, si possidet: *Pompeia*, si publicauit: *Pompeiana*, si in alterius dominationem venit. Corn. Front.

Pone verbum, in vltima habet accentũ, vt

Pone metum Cytherea.

Pone tamen in vltima habet accentum, cum significat retro. Terentius in Phormione.

Ponè apprehendit pallio. Seruius.

Populati auaritia. *Vexati* libidine, & crudelitate. Asconius.

Populus vide *Plebs*.

Populos cum numero plurali dicimus, vrbes significamus: cum verò *Populum*, vnius multitudinem ciuitatis intelligimus, vt Virgi.

---populum latè regem, bellóque superbum, de Romano intellexit. Seruius.

Poscere vide *Petere*.

Possidere vide *Habere*.

Poster die, pro postridie, hoc est postero die. Terentius.

Postulare vide *Expostulare*.

Potesse pro potis esse, posse. Terent.

Cum *Potestate esse*, vide cum *Imperio esse*.

Potens vide *Locuples*.

Potius & *Magis*, etsi vtrumque comparationis aduerbium est: tamen *Magis* idem ferè est quod plus. *Potius* verò est, *viel lieber*, aut correctionis particula est, vt mea ac tua causa, vel aliorum potius. Et exclusionis in electione aliquam vim habet interdum. Itaque aliud est: Homines potius amare tenebras, quàm lucem: quam, Homines magis amare tenebras, quàm lucem. Aliud est: Hic magis iustificatus est: quàm ille: quam, hic potius iustificatus est, quàm ille. Prius ambobus communem iustitiam dicit. Posterius alteri ferè tantum. Potius perdam pecuniam, quàm vitam. Hic non dicendum est magis. Quem potius instituã hæredem? Petrum an Iacobum? Hic non congruit magis. Aliud est. Magis alit patrem, quàm extraneum. Aliud, Potius alit patrem, quàm extraneum.

Precari est rogare, *Deprecari*, & purgare & ex-

& excusare. Virgilius.

—equidem merui, nec deprecor. Cicero. Quid faciet Hortensius, auariciæne crimina frugalitatis laudibus deprecabitur. Agræt.

Præcipuè & *Singulariter* differunt, *Præcipuè* non est idem, quod singulariter, vt indocti interpretantur, sed quod maximè, potissimum, *Vor andern*, *Singulariter* verò idem est quod vnicè, vnico modo, (opponitur ei dupliciter, bipartitò) singulari modo. Thomas Freigius, ad Episcopum Basiliensem. Ad eam rem præcipuè iudicandi, sentiendíque libertatem assumpserunt: vbi non rectè præsertim vel singulariter diceretur.

Præda & Manubiæ differunt. Aul. Gellius cap. 24. lib. 13. Et Nonius Marcell. hac ratione distinguunt, vt sit *Præda*, ipsarum rerum quæ capiuntur. *Manubiæ* verò, pecunię ex præda vendita redactæ. Asconius verò Pedianus in commentariis in præturam vrbanam manubias esse dicit spolia quæsita de

viro hoste nobili, per deditionem. Erat autem haec prȩda Imperatorum, ex qua, quod vellent, facerent. Idem paulò ante dicit: manubias esse prædã Imperatoris, à Cicerone dici, multis in locis attendimus. Vt in oratione contra Rullum ad Quirites. An Pompeium non adhibebit? in eius Prouincia vẽdit manubias Imperatoris: Item Accesserunt in cumulum manubiæ vestrorum Imperatorum.

Præda victos spoliat, *Rapina* subitò venit. Itaque illa victoria gaudet, hæc petulantia. Cornel. Front.

Prædicamus vt res sunt. *Laudamus* extollendo *Prædicamus* voce. *Laudamus* argumentum. Donatus.

Præiudicium dicitur res, quæ cum statuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum, quod sequantur: *Iudicium* autem res, quæ causam litémque determinat. Ascon.

Præmonere vide *Commonere*.

Præmium & *Pretium* sic differre videntur, quod *Præmium* duntaxat pro rectè

factis

factis datur: *Pretium* verò non modò pro rectè factis, sed etiam pro malè gestis. Sallustius. Vicit tamen in senatu pars illa, quæ verò pretium ob stultitiam fero. Propriè tamen pretium est, quod re empta datur. Terentius. Pretium sperans illico produxit, ac vēdidit. Hinc pretiosum, charum, & magni pretij: & appretio æstimo, pretium impono.

Præmium, vt quidam volunt, dicitur quasi præuium, quia primo proponitur, quod dandum est victori, deinde certatur. Ita & *Pretium*, quasi prętium à præeundo, licet breuiet primam, quoniam primò soluitur pecunia, deinde res empta apprehenditur. Agel.

Præsidium est dictum, quia extra castra præsidebant in loco aliquo, quo tutior regio esset: *Obsidium* dictū ab obsidendo quo minus hostis egredi possit in die. Varro.

Præs est, qui à Magistratu interrogatur in publicum vt præstet, à

quo cum responderit, dicitur *Præs*. *Vas* verò, qui pro altero vadimonium promittebat. Prædes ergo hodie sunt, qui sponsores Reipub. vel Principi facti sunt, pro iis qui pecuniam publicam dispensant: quos Receptores vocant. Eorúmque res bona prædia, vno nomine vocantur. Prædes propterea dicti, quod locupletes sint, & præstare possint. Supprædes autem dici debent, quos Contraplegios vocant. Varro.

Præterea præteriti temporis. Sallustius. Nunquam Hispanos præter tale facinus facere audiui. *Temporis futuri*. præterea haud suspecteris. Agræt.

Prætexta honestiorum: Toga viliorum, quod etiam circa mulieres seruabatur. Ascon.

Prauum est quod ipsum lædit facientem: Malum, quod alios tantum. Donatus.

Primus è multis, & *prior* è duobus, ita *postremus* de multis, & *posterior* de duobus. Et *Alter* de duobus dicitur, *Alius* de

de multis. Agræt.

Priores & *primores*, hanc habent diuersitatem. *priores* enim comparatiui sunt gradus: *primores* summæ quæque res. Lucilius Satyr. lib. 8.

Gallinaceus cũ victor se gallus honestè
Sustulit in digitos, primoresq; erigit vngueis. Cicero. Qui illum nescio quid, quod in primoribus habeat (vt aiunt) labris. Idem Orat. Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent. Non. Marcel.

Probator post factum. *Suasor* ante factum. Donatus.

Procul, & longè & propè significat. Vt
—clypeo est excussa sagitta, procúlq;.
Egregium autorem, latus inter & ilia fixit. Agræt.

Prodere vide *Deficere*.

Prodigium vide *Monstrum*.

Prodigi à *Furiosis* hoc distant: quod *Furiosis* simul atque incæperint furere, mox ipso iure agnati sint curatores. *Prodigis* autem non sint prius curatores, quàm ipsis à Iudice bonis sit in-

quo cum respondetit, dicitur Præs. *Vas* verò, qui pro altero vadimonium promittebat. Prædes ergo hodie sunt, qui sponsores Reipub. vel Principi facti sunt, pro iis qui pecuniam publicam dispensant: quos Receptores vocant. Eorúmque res bona prædia, vno nomine vocantur. Prædes propterea dicti, quod locupletes sint, & præstare possint. Supprædes autem dici debent, quos Contraplegios vocant. Varro.

Præterea præteriti temporis. Sallustius. Nunquam Hispanos præter tale facinus facere audiui. *Temporis futuri*. præterea haud suspecteris. Agræt.

Prætexta honestiorum: Toga viliorum, quod etiam circa mulieres seruabatur. Ascon.

Prauum est quod ipsum lædit facientem: Malum, quod alios tantum. Donatus.

Primus è multis, & *prior* è duobus, ita *postremus* de multis, & *posterior* de duobus. Et *Alter* de duobus dicitur, *Alius* de

de multis. Agræt.

Priores & *primores*, hanc habent diuersitatem. *priores* enim comparatiui sunt gradus: *primores* summæ quæque res. Lucilius Satyr. lib. 8.

Gallinaceus cũ victor se gallus honestè
Sustulit in digitos, primoresq; erigit vngueis. Cicero. Qui illum nescio quid, quod in primoribus habeat (vt aiunt) labris. Idem Orat. Quæ isti rhetores ne primoribus quidem labris attigissent. Non. Marcel.

Probator post factum. *Suasor* ante factum. Donatus.

Procul, & longè & propè significat. Vt
—clypeo est excussa sagitta, procúlq;.
Egregium autorem, latus inter & ilia fixit. Agræt.

Prodere vide *Deficere*.

Prodigium vide *Monstrum*.

Prodigi à *Furiosis* hoc distant: quod *Furiosis* simul atque incæperint furere, mox ipso iure agnati sint curatores. *Prodigis* autem non sint prius curatores, quàm ipsis à Iudice bonis sit in-

terdictum. Agel.

Prodire dicimus, qui domo excedit, *Procedere* qui eo quod ducit producere.

Profani, *Puri*, *Probi*, *Sui*, *Profani*, quod ſacrum non ſit, & quod omni religione ſolutum ſit. *Probi*, quod rectè excoctum purgatúmque ſit. *Puri*, quod in vſu ſpurcum non fuerit. *Sui*, quod alienum non ſit. S. Pompeius.

Profeſti & *Feſti* dies diſcernuntur ſic, *Profeſti*, ſunt à feſtiuitate vacui. Afran. Priuigno: Quæ feſtiuo nos facere ſolemus die, quotidiano opere promiſcuè omnia, atque profeſto concelebras focum. Non. Marcel.

Profiteri & *Confiteri* hoc diſtant: quod *Profiteri* voluntatis eſt: *Confiteri*, neceſſitatis & coactus: quod ita poſitum ſæpius legimus. Cicero pro Manlio: Hic ego non ſolum confiteor, verum etiam profiteor. Honeſtius *Profiteri*, quam *Confiteri*. Non. Marcel.

Proloqui vide *Loqui*.

Promißio & *Pollicitatio* eandem vim habent: ſed *Pollicitatio* maioris aſſeuerationis eſt. Donat. aliquo tamen modo differunt, *Pollicemur*, ſponte, *Promittimus* rogati.

Properare aliud eſt, aliud *Feſtinare*. Qui vnumquodq; maturè tranſigit, is *Properat*: qui multa ſimul incipit, neque perficit, is *Feſtinat*, Qui neque citius agit, neque ſerius, ſed medium quiddam tenet, is maturat. S. Pompeius.

Proſequi & perſequi vide *Conſequi*.

Proſpicere futura, *Iudicare* præſentia. Donatus.

Proſtibula vide *Meretrix*.

Prouidens, *Perſpicax*, *Cautus* & *Prudens*, ſic differunt, quod *Prouidens* dicitur, quaſi porro videns. *Perſpicax* eſt enim, qui incertorum prouidet caſus. *Cautus* verò eſt, prudens in diſcretione vitiorum ſpeciem virtutis prę ſe ferentium. *Prudens* autem, qui ratione ſtudet vitare contraria iuſtitiæ, propter iuſtitiam. Iſidorus.

Prouidentia à *Fato* differt, quod *prouidentia* pariter cuncta, quamuis diuersa, quamuis infinita, complectitur: *Fatum* verò singula digerit in motum, locis, formis, ac temporibus distributa: vt hæc temporalis ordinis explicatio, in diuinæ mentis adunata prospectu, *Prouidentia* sit: eadem verò adunatio digesta, atque explicata temporibus, *Fatum* vocetur. Quę licet diuersa sint, alterum tamen pendet ex altero. Ordo namque Fatalis ex prouidentiæ simplicitate procedit. Sicut enim artifex faciendæ rei formam mente percipiens, mouet operis effectum, & quod simpliciter præsentariéque prospexerat, per temporales ordines ducit, ita Deus *Prouidentia* singulariter quidem, stabiliterque facienda disponit: *Fato* verò hæc ipsa, quæ disponit, multipliciter ac temporaliter administrat. Boeth. de Consol. lib. 4. prosa. 6.

Proxima nobis aut præterita sunt, aut futura: *Præsentia* ea sunt, in quibus nunc

nunc ſumus. Donatus.

Pudet in his quæ turpiter facit. *Piget* in his, quæ cum damno & malo. *Pudere* etiam ad dedecus: *Pigere* : ad dolorem refertur. *Pudet* , quod turpe eſt , *Piget*, quod dolet. Donatus.

Pudicitia vide *Caſtitas*.

Pudor eſt male facti , *Verecundia* recti & honeſti. *Pudor*, vultus eſt, *Pudicitia* animi. Donatus.

Pugna vide *Rixa*.

Qui *Pugnat* reſiſtit, qui *Oppugnat*, obſeſſor eſt , qui *Impugnat*, inimicus eſt. Itaque, *Pugnat* exercitus : *Oppugnantur* caſtra , vel vrbes . *Impugnantur* inimici. Cornelius Fronto.

Pulchritudo formæ , in viris *Dignitas*. Vnde Cicero pro Cælio , Quis non poſsit huic ætati , atque dignitati, etiamſi ſine ſuſpicione , at non ſine argumento maledicere ? In fœminis autem Honeſtas dicitur. Vnde Terẽt. de horrido,& Sene Eunucho.

Illúmne obſecro inhoneſtũ hominem,
Senem mulierem?

Formoſus verò in luxurioſis, vt Virgilius Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim. Agræt.

Purgare, vide *Refellere*.

Puſillus vide *Breuis*.

Putare vide *opinari*.

Puteus, Omnis *Puteus* fons, non omnis *Fons* Puteus. Vbi enim aqua de terra manat,& vſui prębetur haurientibus. *Fons* dicitur, ſed ſi in promptu & ſuperficię ſit, *Fons* tantum dicitur: Si autem in alto & profundo ſit, *Puteus* vocatur, vt *Fontis* nomen non amittat. Donatus.

Q

Quærere & *Requirere* hoc differunt, quoniam *Requirere* eſt diu quærere. Afra. fratriis. Proin tu,dum quæram,ne requiram te vide. Non. Marcel.

Quæ-

Quærere vide *Conſeruare.*

Querimonia certæ rei eſt: *Querela* ſuperuacua eſt. Itaque prior grauitatis eſt, poſterior leuitatis, Cornel. Front.

Queritur de inquirendo. *Quæritur* de applorando dicimus : & ſic *Quæſtus* lucro, & *Queſtus* lacrimarum. Agrætius.

Quando acuta prima ſyllaba interrogationem temporis ſignificat, vt *Quando* erit illa dies? ſed ſi poſterior grauetur, ſignificat quoniam, vel quandoquidem, Virg.

Quando tot ſtragis aceruos,
Teucrorum tua dextera dedit?

Flo. Soſipat.

Quantumuis & *Quantiuis* differunt, nam alterum contemptionis, alterum laudis. Donatus.

Quare vide *Cur.*

Quartum & *Quarto* prudentes differre dixerunt. Varro Diſciplinarum quinto: Aliud eſt *quartò* prætorem fieri, aliud *Quartum*. Et Quartum locũ ſignificat, & tres antè factos. *Quartò*

tempus ſignat,& ter ante factum Ennius rectè Quintus pater quartum fit conſul. Non. Marcell.

Quatenus ſignificat qua fine, vt *Hactenus*, hac fine: at *Quatinus*, quoniam. S. Pompeius.

Quidam & *Aliquis* differunt, *Quidam* notat rem certam. *Aliquis* rem incertam & vagam, Plaut. Nolo hercle aliquid certum, quam aliquid malo, ſed hæc differentia non ſemper vera eſt. Vt Plin. libro 7. Vires quibuſdam dextra maiores: quibuſdam æquæ vtraque: aliquibus læua præcipuæ. Donatus.

Quondam vide *Olim*.

Quopiam vide *Vſquam*.

R

Raptio ad perſonam refertur: *Rapina* ad rem: *Raptus* ad ſtuprum propriè. Donatus.

Ratio & *Intellectus* non diſtinguuntur, ſicut duæ potentiæ, ſed ſicut diuerſi actus

ctus eiusdem potentię: quia intelligere est intelligibilem veritatem simpliciter apprehendere. *Ratiocinari* autem est procedere de vno intellectu ad aliud intellectum, ad veritatem intelligibilem cognoscendam. Donatus.

Ratio vide *Causa.*

Recipi vide *Deponi.*

Recipi vide *Suscipi.*

Recipio & *Polliceor* differunt. Cicero inquit De æstate polliceris, vel potius recipis. *Recipere* est quasi periculum, & euentum rei suscipere in se, Dicitur etiam recipio in me eâdem significatione, vt: promitto, in méque recipio, fore eum &, Tibi spondeo, in méque recipio eos tibi obsecuturos. Donatus.

Reddere vide *Offerre.*

Redditur quis ei, à quo prius datus fuit. *Traditur* autem ab eo, in cuius potestate est, ei, in cuius potestate non est. Agell.

Rediuiua dicimus, quæ post interitum redeunt. *Recidiua*, quæ est suo casu resti-

tuuntur. vnde Virg.

Recidiua manu posuissem Pergama victis. Flo. Sosipat.

Refellit, qui negat: *Purgat*, qui fatetur, & sic defendit. *Refellimus* per coniecturam: *Purgamus*, per cęteros status. Donatus.

Refello pro *Contradico*, Terent.

Refutatio in rem est, *Confutatio* in personam. Donatus.

Regium est, quod aut est, aut fuit Regis, *Regale*, est dignum Rege.

Religio & *pietas* hoc distant. R*eligio* est erga Deos. *pietas* erga parentes: sed nō est perpetuum hoc. Nam pietas aduersum Deos, pietas erga Deos, Ciceroniana sunt, Vide Scaligerum poetices lib. 3. cap. 12.

R*eligio* vide *Superstitio*.

R*eligiosum* vide *Sacrum*.

R*eliquiæ* vide *Funus*.

R*emedium*, ne periclitemur, datur. *Medicamentum*, ad subita pericula aptatur, Atque ita *remedium* submouet imminentia, *medicamentum* sanat, non sanat.

Cornel.

Cornel. Front.

R*enunciari* vide *Nunciari.*

R*eprimo* & *Comprimo*, R*eprimere* eſt ad tẽpus: *Comprimere* in perpetuum. Hoc Quintilianus ſentire videtur libr. 9. vbi de antanadaſi ſcribit. *Comprimi* igitur plus eſt, quàm R*eprimi*, id eſt, quàm refrenari & leniri. Cornel. Front.

R*epudium* & *Diuortium* differunt: R*epudium* propriè eſt, cùm ſponſus à ſpõſa dirimitur. *Diuortium* verò, vbi vir & vxor matrimonio ſoluuntur. R*epudium* ergo ſponſæ mittitur. *Diuortium* verò in coniugibus duntaxat eſt. Agel.

R*epulſus* vide *Abspulſus.*

R*equieſcere* vide *Ceſſare.*

R*es* pro prædiis, vel etiam pro vtilitate. Terentius aliquoties ponit.

R*es* vide *Conſilium.*

R*eſcire* vide *Scire.*

R*eſpicere* vide *Proſpicere.*

R*eſpicere* vide *Aſpicere.*

R*eſtiarius* qui facit, R*eſtio* qui vendit. Cor. Front.

Restituimur iis, quibus nos volumus: *Reddimur* iis, quos volunt. *Restituimus* volentem: *Reddimus* volentibus. Donat.

Reuereor vide *Vereor.*

Reus stipulando, est idem qui stipulatur: *Reus promittendo*, est qui suo nomine alteri quid promisit, quíve pro altero quid promisit. S. Pompeius.

Rex nomen generis: *Imperator*, officij. *Reges* enim nascuntur. *Imperatores* creantur. Donat.

Rhythmus & *Metrum* differunt, quod *Metrum* sequitur numerum pedũ, *Rhythmus* tempora: ideóque alterum esse potest sine altero. Donatus.

Ridet, qui simpliciter ridet: *Deridet* qui alterius irrisione & contemptu ridet. Donatus.

Ripæ propriè fluminum sunt. *Littora* maris. Seruius.

Robustus vide *Agilis.*

Rogare vide *Orare,*

Roseum per se: *Rosaceum* mixtum. Cornel. Front.

Pro Rostris dici oportet, cum is qui concio-

cionatur, his dicit, qui ante *Rostra* sunt. *Pro Rostris* enim, & ante, idem sunt, in *Rostra* ascendit, è *Rostris* descendit, de *Rostris* dicit, Scaurus.

R*udus* quod & *Raudus*, propriè rem asperam & imperfectam significat. Dicit autem *nouum & vetus Rudus*, sed diuerso significatu. *Nouum Rudus*, materia pauimenti est: vbi saxa de nouo contusa, seu testæ confractæ, cum calce ad pauimentum faciendum. *Vetus Rudus* est materia pauimentorum, quæ lapidibus & testis confractis calcéq; arenæ commista constat. Non. Marcel.

R*umor* vide *Opinio*.

R*ura* vide *Fundus*.

S

Sacellum vide *Delubrum*.

Inter *Sacrum*, *Sanctum*, & *Religiosum* hæc differentia, *Sacrum*, ædificium consecratum Deo. *Sanctum*, murum, qui sit

circa oppidum. *Religiosum* sepulchrũ, vbi mortuus sepultus, aut humatus sit. S. Pompeius.

Sacrificare & Litare hoc distant, *Sacrificare* est veniam petere. *Litare* verò propitiare, & votum impetrare. Plaut. Si hercle istuc vnquam factum est, tum me Iupiter faciat, vt semper sacrificem, nunquam litem. Ista tamen sæpe confunduntur, & vtrumque sumitur pro sacrum facere. Sic differunt. *Sacrificium & Oblatio*. Quia *Oblatio* est omne quod exhibetur in cultu Dei: *Sacrificium*, si inde fiet aliquod sacrum consumendum. Donatus.

Salem quo vtimur, singulari tantum numero dicimus: cum *iocũ* significamus, pluralem tãtum ponimus numerum, secundum Lucanum, qui ait,

Non soliti lusere sales.

Aliquando & *vrbanitatem* per sigularem numerum significamus. Terent. in Eunucho.

Qui habet salem, quod in te est.

id est, quæ res in te est. Masculini

enim

enim generis est, non neutri, & neutra τρίπτωτα sunt, nec ab hoc accusatiuo nominatiuus esse potest, hoc sale.

Salum ab eo venit, quod est *Salum Sali*, vt.

Perque vndas superante salo:

Et quod ait,

Et *Sale* tabentes arctus, ab eo quod est, hic *Sal Salis*, cum *Salum*, à σαλεύω. Seruius.

Salutare, ad locum refertur, & ad cibum, *Salutare* consilium est. Ita *Salubre* non nocet, *Salutare* prodest consilio. Cornel. Front.

Sapientia à Scientia differre videtur, quia *Sapientia* est rerum diuinarum cognitio, *Scientia* verò humanarum. Quare Augustinus super. 1. ad Corin. c. 12. ait. *Sapientia* est in contemplatione æternorum, *Scientia* verò in occupatione temporalium. Item August. libr. de Trinit. Hæc est sapientiæ, & scientiæ recta distinctio, vt ad *Sapientiam* pertineat æternarum rerum cognitio intellectualis,

ad *Scientiam* verò temporalium rerum cognitio rationalis.

Satiatus ventris: *Saturatus* animi. Cor. Front.

Stirps in ſignificatione Sobolis fœminino genere dicitur, vt ait Virgilius lib. 7. Æneidos.

Heu ſtirpem inuiſam.

Sed cum materiam ſignificat, maſculino modò ſtirpem rectum. Idem.

Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum Suſtulerant. Flo. Soſipat.

Scientia ab Opinione differt. *Scientia* rei certæ eſt: *Opinio* incertæ: Itaque *Scire* & *Opinari* differunt: Quod Cicero ſignificat pro Archia: Adeſt vir ſumma authoritate & fide Lucius Lucullus, qui ſe non opinari, ſed ſcire: non audiuiſſe, ſed vidiſſe: non interfuiſſe, ſed egiſſe, dicit. Cornel. Front.

Sciſcere & *Iubere* ſunt ſuffragio aliquid probare, aut improbare. Sed ſciſcit plebs (vnde appellata ſunt plebiſcita.) populus verò iubet, quamuis etiam plebs iubere dicatur. Inde ſcita & iuſ-

ſa

ſa appellata ſunt. Vt pro Cornelio: cum ſcita & iuſſa noſtra ſua ſententia comprobat. Cornel. Front.

Scurrilitas differt à *Stultiloquio* : quia *Scurrilitas* refertur ad laſciuiam affectionis, *ſtultiloquium* verò ad indiſcretionem rationis. Flo. Soſipat.

Scribit qui verba adhibet tantum : *Facit* qui etiam argumentum componit. Donatus.

Seceßio à *Seditione* differt, *Seceßio* idem eſt, quod *Seditio* eſſe poteſt, ſed non ſeditio, ſeceſſio : *Seditio* enim eſt, cum plebeij & patricij in vrbe aliqua ita diſſentiunt, vt pars eorum mixta, in vtriſque partibus ſit, videlicet in vtriſq; partibus plebeij & patricij mixti. In *Seceßione* autem altera pars diuiditur, & ſecedit ab altera: atque in vna parte tantum plebeij ſunt, in altera patricij. Vocatur etiam ſeceſſio motus ciuium, aliquid probabili cauſa petentium, nec inferentium bellum. Goclenius in obſeruat. Latinæ linguę.

Segregare vide *Abgregare*.

æquinoctium: *Sidera* quæ insidiuntur, atque ita significant aliquid in terris perurendo.

Simulare vide *Insimulare*.

Simul locum demonstrat, *Vnà* congregationem. Cornel. Front.

Singulare & Eximium differunt. *Singulare* est, quod in suo genere est vnicum: vt Filius Dei est homo, singularis attributio est, cuius non sunt alia exempla. *Eximium*, quod inter multa genera pręstat, vt eximium vinum. Cornel. Front.

Sinum dicimus exterius expansum receptaculum: *Gremium* vestis receptaculum, interius iacens secretum. Virg.

Pandentémque sinus, & tota veste vocantem Cæruleum in gremium.

Gremium autem dicitur à contrario, ab ingressu difficili. Agræt.

Silet, cuius loquentis sermo comprimitur ab ipsa significatione literę S. *Tacet*, qui ne loqui quidem cœpit. Cor. Front.

Sobrini & Consobrini. *Sobrini* sunt duarum

sororum

ſororum filij: *Conſobrini*, ex Sobrinis nati. Cornel. Front.

Societas à *Coniuratione* differt *Societas* in vtramque partem, *Coniuratio* ſemper in malam accipitur. Donatus.

Sodalis vide *Comes.*

Sodes vide *Amabo.*

Sæuus factis: *Triſtis* animo: *Truculentus* vultu: *Triſtis* qui dolet, *Truculentus* vt *Sæuus*, qui terret. Donatus.

Sollicitudo eſt quæ inhæret omnibus, *Sollicitatio*, quæ ab alio fit. Donatus.

Species rerum abſentium eſt, quod quaſi aſpicitur. *Fama* rerum abſentium. Seruius.

Species vide *Decor.*

Spectacula loca ſunt, vnde ſpectamus. *Spectamenta*, quæ ſpectantur. Cornel. Front.

Spectare vide *Videre.*

Spectari vide *Expectari.*

Spectatum vide *Probatum.*

Specula quando ſpeculationem ſignificamus, generis eſt fœminini, vt

tuuntur. vnde Virg.

Recidiua manu posuissem Pergama victis. Flo. Sosipat.

Refellit, qui negat: *Purgat*, qui fatetur, & sic defendit. *Refellimus* per coniecturam: *Purgamus*, per cęteros status. Donatus.

Refello pro *Contradico*, Terent.

Refutatio in rem est, *Confutatio* in personam. Donatus.

Regium est, quod aut est, aut fuit Regis, *Regale*, est dignum Rege.

Religio & *pietas* hoc distant. R*eligio* est erga Deos. *Pietas* erga parentes: sed nō est perpetuum hoc. Nam pietas aduersum Deos, pietas erga Deos, Ciceroniana sunt, Vide Scaligerum poetices lib. 3. cap. 12.

R*eligio* vide *Superstitio*.

R*eligiosum* vide *Sacrum*.

R*eliquiæ* vide *Funus*.

R*emedium*, ne periclitemur, datur. *Medicamentum*, ad subita pericula aptatur, Atque ita *remedium* submouet imminentia, *medicamentum* sanat, non sana.

Cornel.

Cornel. Front.

Renunciari vide *Nunciari.*

Reprimo & *Comprimo*, *Reprimere* est ad tẽpus: *Comprimere* in perpetuum. Hoc Quintilianus sentire videtur libr. 9. vbi de antanadasi scribit. *Comprimi* igitur plus est, quàm *Reprimi*, id est, quàm refrenari & leniri. Cornel. Front.

Repudium & *Diuortium* differunt: *Repudium* propriè est, cùm sponsus à spõsa dirimitur. *Diuortium* verò, vbi vir & vxor matrimonio soluuntur. *Repudium* ergo sponsæ mittitur. *Diuortium* verò in coniugibus duntaxat est. Agel.

Repulsus vide *Abspulsus.*

Requiescere vide *Cessare.*

Res pro prædiis, vel etiam pro vtilitate. Terentius aliquoties ponit.

Res vide *Consilium.*

Rescire vide *Scire.*

Respicere vide *Prospicere.*

Respicere vide *Aspicere.*

Restiarius qui facit, *Restio* qui vendit. Cor. Front.

Restituimur iis, quibus nos volumus: *Reddimur* iis, quos volunt. *Restituimus* volentem: *Reddimus* volentibus. Donat.

Reuereor vide *Vereor*.

Reus stipulando, est idem qui stipulatur: *Reus promittendo*, est qui suo nomine alteri quid promisit, quíve pro altero quid promisit. S. Pompeius.

Rex nomen generis: *Imperator*, officij. *Reges* enim nascuntur. *Imperatores* creantur. Donat.

Rhythmus & *Metrum* differunt, quod *Metrum* sequitur numerum pedũ, *Rhythmus* tempora: ideóque alterum esse potest sine altero. Donatus.

Ridet, qui simpliciter ridet: *Deridet* qu' alterius irrisione & contemptu ridet. Donatus.

Ripæ propriè fluminum sunt. *Littora* maris. Seruius.

Robustus vide *Agilis*.

Rogare vide *Orare*,

Roseum per se: *Rosaceum* mixtum. Cornel. Front.

Pro Rostris dici oportet, cum is qui concio-

cionatur, his dicit, qui ante *Rostra* sunt. *Pro Rostris* enim, & ante, idem sunt, in *Rostra* ascendit, è *Rostris* descendit, de *Rostris* dicit, Scaurus.

Rudus quod & *Raudus*, propriè rem asperam & imperfectam significat. Dicit autem *nouum & vetus Rudus*, sed diuerso significatu. *Nouum Rudus*, materia pauimenti est: vbi saxa de nouo contusa, seu testæ confractæ, cum calce ad pauimentum faciendum. *Vetus Rudus* est materia pauimentorum, quæ lapidibus & testis confractis calcéq; arenæ commista constat. Non. Marcel.

Rumor vide *Opinio*.

Rura vide *Fundus*.

S

Sacellum vide *Delubrum*.

Inter *Sacrum*, *Sanctum*, & *Religiosum* hæc differentia, *Sacrum*, ædificium consecratum Deo. *Sanctum*, murum, qui sit

circa oppidum. *Religiosum* sepulchrũ, vbi mortuus sepultus, aut humatus sit. S. Pompeius.

Sacrificare & Litare hoc distant, *Sacrificare* est veniam petere. *Litare* verò propitiare, & votum impetrare. Plaut. Si hercle istuc vnquam factum est, tum me Iupiter faciat, vt semper sacrificem, nunquam litem. Ista tamen sæpe confunduntur, & vtrumque sumitur pro sacrum facere. Sic differunt. *Sacrificium & Oblatio*. Quia *Oblatio* est omne quod exhibetur in cultu Dei: *Sacrificium*, si inde fiet aliquod sacrum consumendum. Donatus.

Salem quo vtimur, singulari tantum numero dicimus: cum *iocũ* significamus, pluralem tãtum ponimus numerum, secundum Lucanum, qui ait,

Non soliti lusere sales.

Aliquando & *vrbanitatem* per sigularem numerum significamus. Terent. in Eunucho.

Qui habet salem, quod in te est. id est, quæ res in te est. Masculini

enim

enim generis eſt, non neutri, & neutra τρίπτωτα ſunt, nec ab hoc accuſatiuo nominatiuus eſſe poteſt, hoc ſale.

Salum ab eo venit, quod eſt *Salum Sali*, vt.

Perque vndas ſuperante ſalo:

Et quod ait,

Et *Sale* tabentes arctus, ab eo quod eſt, hic *Sal Salis*, cum *Salum*, à σαλεύω. Seruius.

Salutare, ad locum refertur, & ad cibum, *Salutare* conſilium eſt. Ita *Salubre* non nocet, *Salutare* prodeſt conſilio. Cornel. Front.

Sapientia à *Scientia* differre videtur, quia *Sapientia* eſt rerum diuinarum cognitio, *Scientia* verò humanarum. Quare Auguſtinus ſuper. 1. ad Corin. c. 12. ait. *Sapientia* eſt in contemplatione æternorum, *Scientia* verò in occupatione temporalium. Item Auguſt. libr. de Trinit. Hæc eſt ſapientiæ, & ſcientiæ recta diſtinctio, vt ad *Sapientiam* pertineat æternarum rerum cognitio intellectualis,

ad *Scientiam* verò temporalium rerum cognitio rationalis.

Satiatus ventris: *Saturatus* animi. Cor. Front.

Stirps in ſignificatione Sobolis fœminino genere dicitur, vt ait Virgilius lib. 7. Æneidos.

Heu ſtirpem inuiſam.

Sed cum materiam ſignificat, maſculino modò ſtirpem rectum. Idem.

Sed ſtirpem Teucri nullo diſcrimine ſacrum Suſtulerant. Flo. Soſipat.

Scientia ab Opinione differt. *Scientia* rei certæ eſt: *Opinio* incertæ: Itaque *Scire* & *Opinari* differunt: Quod Cicero ſignificat pro Archia: Adeſt vir ſumma authoritate & fide Lucius Lucullus, qui ſe non opinari, ſed ſcire: non audiuiſſe, ſed vidiſſe: non interfuiſſe, ſed egiſſe, dicit. Cornel. Front.

Sciſcere & *Iubere* ſunt ſuffragio aliquid probare, aut improbare. Sed ſciſcit plebs (vnde appellata ſunt plebiſcita.) populus verò iubet, quamuis etiam plebs iubere dicatur. Inde ſcita & iuſ-

ſa

ſa appellata ſunt. Vt pro Cornelio: cum ſcita & iuſſa noſtra ſua ſententia comprobat. Cornel. Front.

Scurrilitas differt à *Stultiloquio*: quia *Scurrilitas* refertur ad laſciuiam affectionis, *ſtultiloquium* verò ad indiſcretionem rationis. Flo. Soſipat.

Scribit qui verba adhibet tantum: *Facit* qui etiam argumentum componit. Donatus.

Seceßio à *Seditione* differt, *Seceßio* idem eſt, quod *Seditio* eſſe poteſt, ſed non ſeditio, ſeceſſio: *Seditio* enim eſt, cum plebeij & patricij in vrbe aliqua ita diſſentiunt, vt pars eorum mixta, in vtriſque partibus ſit, videlicet in vtriſq; partibus plebeij & patricij mixti. In *Seceßione* autem altera pars diuiditur, & ſecedit ab altera: atque in vna parte tantum plebeij ſunt, in altera patricij. Vocatur etiam ſeceſſio motus ciuium, aliquid probabili cauſa petentium, nec inferentium bellum. Goclenius in obſeruat. Latinæ linguę.

Segregare vide *Abgregare*.

Segnities, vnde & Segnis dicitur, quasi sine igne. Differt à *Socordia*, vt vult Donatus super Terent. Nam *Segnities* dicitur ad agendum, *Socordia* autem ad considerandum: & dicitur quasi sine corde. Terentius. Enimuerò dare nihil loci est Segnitiæ, neque Socordiæ. Est autem *Socordia* cum quod animo agi oportuit, animi ipsi subuetiti temere ac inscitè quo minus id efficiant, retinentur.

Sempiternum ad Deum pertinet. *Perpetuum* ad homines. Donatus.

Sensus & Sensa hoc separantur. *Sensus* enim sunt, qui sentiunt. *Sensa* quæ sentiuntur. Cicero de Oratore. Et quod exprimere dicendo Sensa possumus: nam primum manifestum est, & sapere nos, cum incitatio sit; vel Sensus. Non. Marcel.

Sepulchrum vide *Funus*.

Sequestres sunt, apud quos pecunia deponitur: *Interpretes*, per quos inducitur pactio. Flo. Sosipat.

Serò

Serò ad tempus *Sero* ad negotium pertinet. Cornel. Front.

Sertum & Serta, cùm nihil adiicitur, dicimus. vt Virgilius.

Sertisque recentibus halant.

Idem.

Serta procul tantum capiti delapsa iacebant. Si autem *Sertos* dixero, addo flores, si *Sertas* addo coronas, vt Lucanus.

Accipiunt sertas nardo florente coronas.

Seruitium multitudo est seruorum: *Seruitus* conditio seruiendi: sed veteres indifferenter seruitium, & pro seruitute posuerunt. Virgilius libro 3. Æneid.

Seruitio enixè tulimus. Flo. Sosipat.

Seueritas, *Accuratio*, & *Diligentia*, differunt: *Seueritas* autoritatis est: *Accuratio* solicitudinis, *Diligentia* laboris. Flo. Sosipat.

Seuerus vide *Austerus*.

Signa dicuntur eadem & *Sidera*. *Signa* quod aliquid significent, vt, libra,

æquinoctium: *Sidera* quæ insidiuntur, atque ita significant aliquid in terris perurendo.

Simulare vide *Insimulare*.

Simul locum demonstrat, *Vnà* congregationem. Cornel. Front.

Singulare & Eximium differunt. *Singulare* est, quod in suo genere est ynicum: vt Filius Dei est homo, singularis attributio est, cuius non sunt alia exempla. *Eximium*, quod inter multa genera pręstat, vt eximium vinum. Cornel. Front.

Sinum dicimus exterius expansum receptaculum: *Gremium* vestis receptaculum, interius iacens secretum. Virg.

Pandentémque sinus, & tota veste vocantem Cæruleum in gremium.

Gremium autem dicitur à contrario, ab ingressu difficili. Agræt.

Silet, cuius loquentis sermo comprimitur ab ipsa significatione literę S. *Tacet*, qui ne loqui quidem cœpit. Cor. Front.

Sobrini & Consobrini. *Sobrini* sunt duarum

sororum

sororum filij: *Consobrini*, ex Sobrinis nati. Cornel. Front.

Societas à *Coniuratione* differt *Societas* in vtramque partem, *Coniuratio* semper in malam accipitur. Donatus.

Sodalis vide *Comes*.

Sodes vide *Amabo*.

Sæuus factis: *Tristis* animo: *Truculentus* vultu: *Tristis* qui dolet, *Truculentus* vt *Sæuus*, qui terret. Donatus.

Sollicitudo est quæ inhæret omnibus, *Sollicitatio*, quæ ab alio fit. Donatus.

Species rerum absentium est, quod quasi aspicitur. *Fama* rerum absentium. Seruius.

Species vide *Decor*.

Spectacula loca sunt, vnde spectamus. *Spectamenta*, quæ spectantur. Cornel. Front.

Spectare vide *Videre*.

Spectari vide *Expectari*.

Spectatum vide *Probatum*.

Specula quando speculationem significamus, generis est fœminini, vt

Specula Misenus ab alta.

Speculum autem in quo nos intuemur generis neutri est. Iuuenalis.

Speculum ciuilis sarcina belli.

quod Græcè ἔνοπτρον. Seruius.

Speculator vide *Explorator*.

Sperare vide *Expectare*.

Inter *Speratam*, *Dictam*, & *Pactam*, & *Sponsam*, hoc interest: quod virgo prius quàm petatur, *Sperata* dicatur. Plaut. Amph. Amphytrio vxorem salutat lætus, Speratam suam. Dehinc *Promissa*, vel *Pacta*, vel *Sponsa* dici potest. vt Virgilius libro II. Æneid.

Cui pater & coniunx quondam tua dicta relinquor.

Et idem alio loco:

--Et gremiis abducere pactas.

Titin. Diuortio: Cui exacta ætate sponsa sit desponsata. Nonius Marcell.

Spes vide *Expectatio*.

Spinus masculino genere, prunorum arbor vocatur. *Spina* verò, fœminino

sentes

ſentes vocantur. Seruius.

Spirare viuentis eſt. *Expirare* mortui. Seruius.

Splendere vide *Fulgere*.

Spoliare eſt non minimam partem auferre: *Mutilare*, aliquid detrahere, ſine quo res eſſe non poſſit. *Lacerare*, cum omnino nonhabeas: quod imminuas. Donat.

Spondere & *Deſpondere* ita diſtinguit Donatus in Comment. in Terent. vt *Spondeat* puellæ pater, *Deſpondeat* adoleſcens, vt: *Deſpondeat* puellam qui petit, *Spondeat*, à quo petitur. Sed vbique hæc Donati differentia non obſeruatur. Illud tamen obſeruari ſolet, vt *Spondere* vel *Deſpondere* puellam non adoleſcentem dicamus. Sibi quoque adoleſcens vxorem deſpondere dicitur. Cicero lib. Epiſt. Famil. 8. Cornificius adoleſcens Oriſtillæ filiam ſibi deſpondit.

Spondet, qui dicit à ſua ſponte: *Sponſor*

etiam ſpondet, qui idem faciat obligatus. Varro.

Squallens, ſplendens ſignificat, quod à ſquammis venit, vt

Squammis auróque trilicem.

Nam à *Squallore* ſordidum ſignificat, vt

Squallentem barbam. Seruius.

Stilus vide *Oratio*.

Stimulor & *Excitor* differunt. *Stimulamur* inuiti. *Excitamur* vltro etiam. Donatus.

Strenuus vide *Agilis*.

Studium animi eſt. *Diſciplina* artis. Corne. Front.

Stupor à *Furore*: item ab *Impudentia* & à *Stupiditate*. *Stupor* eſt ſtultitiæ. *Furor* inſaniæ: plus igitur hoc eſt, quàm illud, Deinde *Stupor* in intelligendo eſt, & re cognita: *Impudentia* poſt rem cognitam abiectus pudor. Cicero de vtroque Antonium redarguit. *Stupor* autem & *Stupiditas* differunt, vt *Habitus* & *Diſpoſitio*: Eſt enim *Stupor* quædam animi inclinatio. *Stupiditas* verò, ipſe habitus. Cornel. Front.

Suauia vide *Oſcula*.

Sub,

Sub, nonnunquam pro clàm ponitur: vt Subripuit, clàm rapuit, aut ferè notat aliquid ſubditum: *In*, aut intus ſignificat, aut minus, aut valde, & in compoſitione pro non ponitur. Cornel. Front.

Subducere vide *Ducere*.

Subſidium vide *Præſidium*.

Subſidium, quod ſubeſt deficientibus: *Præſidium* imponitur, *Auxilium* repentinum eſt. Ita *Subſidium*, ad ſecundos caſus præparatur: *Præſidium* ad cuſtodiã collocatur: *Auxilium*, vt proſit, ex inſperato venit. Corn. Front.

Subſtruere vide *Extruere*.

Succenturiatus pro ſub centuria poſitus. Terentius.

Sumimus, quæ poſita ſunt. *Accipimus* quæ porriguntur. Corn. Front.

Superbia eſt à ſuperhabendo: *Arrogantia* etiam in pauperem cadit. Corn. Front.

Quæritur ab aliquibus quid diſtat inter *Super* & *Supra*, & *Subter* & *Subtus*. *Super* eſt, quod eminet, *Supra* quod ſubſtratũ aliquid habet. Item *Super* eſt, quod

ab re aliqua ſuperiore premitur, & conculcatur, *Subtus* eſt, quod demiſſum altius non contingitur. Agræt.

Superſtitionis & *Religionis* diſtantiam maniſeſtiſsimè diſcernit M. Tull. de natura deorum libro II. Non enim philoſophi ſolum, verum etiam maiores noſtri ſuperſtitionem à religione ſepararunt. Nam qui tota die precabantur, & immolabant, vt ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent, *Superſtitioſi* ſunt appellati, quod nomen patuit poſtea latius. Qui autem omnia, quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter tractarent, & tanquam relegerent, dicti ſunt *Religioſi*, ex eligendo. Sed verè *Superſtitioſi* proprietatem ex hoc habent, quod præ cultura deorum ſuperſedeant cætera, id eſt negligant. Itidem & *Religioſi*, quaſi religioſi omnium cæterorum ſacrificiis deſeruiant.

Supplicare vide *Orare*.

Suſpi-

Suſpicare vide *Putare.*

Suſpicax arguit, *Suſpicioſus* recipit. Corn. Front.

Suſpicere vide *Deſpicere.*

Suſtineri vide *Ferri.*

Suſurro, Detractor, Contumeliator, Deriſor, & *Conuitiator* differunt. Quia *Suſurro* intendit diſcordiam ſerere, *Detractor*, bona minuere, vel negare: *Contumeliator*, quod eſt cōtra honorem alicuius, deducere in notitiam eius, & aliorũ per ſigna & verba: *Deriſor*, malum vel defectum alicuius perſonę: vt erubeſcat, in ludum vel riſum ponere. *Conuitiator*, dicit importantia defectum culpæ & pœnæ, ſicut *Contumeliator* ſolum culpæ. Quare, ſi quis dicat alicui iniurioſè, eum eſſe cæcum, aut claudum, cùm ſit, conuitium dicit, ſed nō contumeliam. Si autem iniurioſè dicat eum furem, non ſolum conuitium, ſed etiam contumeliam dicit, ſępe tamen vnum pro alio ponitur.

Inter *Syngraphas*, & cætera *Chirographa* hoc intereſt: quod in *Chirographis* tantũ

quæ gesta sunt scribi solent. In *Syngraphis* etiam contra fidem veritatis pactio venit, & non numerata quoque pecunia, aut non integrè numerata, pro temporaria voluntate hominum scribi solent. More institutóque Græcorum, & cæteræ Tabulæ ab vna parte seruari solent: Syngraphæ neutrius manu vtrique parti seruandæ traduntur. Ascon.

Synonymia vide *Homonymia*.

T

Taciturnus, qui facilè tacet: *Tacitus*, argutus etiam, quia potest aliquando tacere. S. Pomp.

Tecta ne videantur: *Tacita*, ne dicantur: *Tecta* sunt, ne hæc alij sciant: *Tacita*, ne ipse indicet. Donatus.

Temperantia est animorum: *Temperatio* rerum, *Temperies* ventorum. Agræt.

Templum vide *Delubrum*.

Teres & *Rotundus* differunt.

Hastam

Hastam dic *teretem*, malum dic esse rotundum.

Tergum hominis: *Tergus* pecoris nominatur. Flo. Sosipat.

Thensæ sunt sacra vehicula: *Pompa* ordinum & hostiarum. *Thensas* alij à diuinitate dici putant: alij quod ante ipsas lora tenduntur, quæ gaudent tenere, & tangere, qui eas deducunt. Asconius.

Timere vide *Metuere*.

Timor est malorum, *Pudor* bonorum tantum. Donatus.

Timor de futuro est: *Odium* de præsenti. Seruius.

Toga vide *Prætexta*.

Inter *Tollere* & *Auferre* est diuersitas. *Tollere*, est leuare, & erigere: *Auferre*, legatum transferre. Virgilius lib. 7.

Tollite cuncta, inquit, cunctósque aufer te labores. Turpil. Philopatro: Simul circumspectat, vbi prętet se neminem videt esse; tulit, aufert: ego clam consequor. Var. Sexag. Nunc quis patrem decē annorū natus, non modo aufert,

ſed tollet niſi veneno, Non. Marcel.

Torquemus hominem, *Extorquemus* veritatem, Donatus.

Torres lignum prĉuſtum, *Torrens* aqua prĉruptè decurrens. Agræt.

Totum vide *Omne*.

Toxicum à *Veneno* differt: quia *Venenum* quod Grĉcè φάρμακον,ου,τo, dicitur, generale nomen eſt ad omnia, quæ naturam eius, cui adhibita ſunt mutant: *Toxicum* autem veneni ſpecies eſt. Qui verò dicit venenum, debet addere bonum, vel malum. Nam & medicinĉ venena ſunt, quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum, naturã eius, cui adhibetur, mutat, Ita & Grĉci φάρμακα, tam medicamenta, quàm quæ nocent, vocant. Donatus.

Tragula vide *Haſta*.

Troia, cum prouinciam dicimus, & principale eſt nomen, breuis eſt, Tro, vt Troiæ ruinis.

Διαιρετικῶς. Quando non eſt principale, & deriuatio eſt, longa eſt, Tro, vt. Troius Æneias.

Tran-

Transcribere vide *Conscribere.*

Transigere & Decidere; differunt, dicimus *transigere* rem aliquam cum aliquo. *Decidere* aliquam rem nunquam dicimus: sed de aliqua re: item absolutè. Differunt igitur solo eloquendi modo: nam *decidit*, quod est in Epist. famil. partem suam Pompeio decidit, pro concessit, positum est, aut pro permisit, siue dedit. Cornel. Front.

Treis in accusatiuo casu, *Tres* in nominatiuo & vocatiuo. Cornel. Front.

Trepidare vide *Horrere*.

Trepidatio ad vocem refertur loquentium: *Cursatio*, ad sonum pedum. *Trepidatur* ab his, qui morbum putant. *Cursatur* ab his, qui raptum sciunt. Donatus.

Tribunalia & Subsellia differunt. *Tribunorum*, Trium virorum, Quæstorum, & minora iudicia exercentium, subsellia dicit Asconius. Qui non in sellis curulibus, nec tribunalibus sedebant. Donatus.

Tristis vide *Saeuus*.

Trucido & *Occido* differunt, *Trucido* Græcè ἀποκτείνω, plus est quam *Occido* φονεύω: est enim immaniter occido, summa cum sæuitia, & truculentia occido, vt si aliquis ictibus occidatur. Cornel. Front.

Tumultus à Bello differre, Philip. 2. ostenditur. Dicebant socij Antonij esse tumultum, mitius verbum, quàm bellum. Sed Cicero repugnans dicebat esse plus quam bellum, vt siquis dicat hominem, dicit etiam animal: Ita qui tumultũ dicit, dicit quoq; bellũ, vt sub genere continetur species.

Turbam angustus locus facit: *Frequentiam* multitudo. Cornel. Front.

Turbo quando appellatiuum est: facit *turbinis*: si nomen proprium, *Turbonis*. vt Horat.

Turbonis in armis.

Turmæ vide *Legiones*.

Turpari vide *Dedecorari*.

Turpe & Fœdum, quam habeant distantiam, manifestum est. Nam *Turpe* leuior

uior res est: *Fœdum*, vim habet maiorem. M. Tull. de offic. Luxuria verò cum omni ætati turpis, tum senectuti, fœdissima est. Non. Marcel.

Turpe & Nefarium differunt. *Nefarium* plus est, quàm turpitudo: quædam enim turpitudo libera est, & ab omni pœna absoluta. *Turpe* est, quod omni laude & honore spoliandum est: *Nefarium* quod lege cum primis est coercendum. Cornel. Fronto.

Tute pro Tuipse, Terentius.

V

Vallare & Sepire differunt, *Sepimus* ouile, *Vallamus* propriè castrum. Seruius.

Vani dicuntur, non (vt vulgus dicit) desipientes aut hebetes, aut inepti: sed vt veterum doctissimi dixerunt, mendaces & infidi, & leuia inaniáque pro grauibus & veris astutissimè componentes. *Stolidi* vocantur, non tam stul-

ti, & excordes, quam tetri; & molesti, illepidi, quos Græci *μοχθηρούς κ*ὶ *φορτικούς* dicunt. Agellius.

Vegetum est incolume: *Vigens* forte. Nam *Vegetum* corporis: *Vigens* etiam animi possumus dicere. Non. Marcel.

Velocitas pedum & Corporum; *Celeritas* animorum atque factorum. Agræt.

Venæ suapte vi immobiles sunt, & sanguinis tantum demittendi gratia explorantur. Agellius.

Venustas vide *Dignitas*.

Venustas vide *Modestia*.

Verecundia & *Erubescentia* differunt, quod *Erubescentia* est de turpi fiendo, *Verecundia*, de turpi facto. Donatus.

Vereor & *Metuo* differunt, *Vereor* plus est quam *Metuo*, Id docet locus Ciceronis in Orat. pro Quint. Quæ res in ciuitate duæ plurimum possunt, hæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore summa gratia & eloquentia: quarum alteram Aquili vereor: alteram metuo: Eloquentia Hortensij ne me dicendo

dicendo impediat, nonnihil commoueor: Gratia Næuij ne Quintio noceat, id verò non mediocriter pertimesco.

V*eritas* vide *Obsequium*.

V*ersus* à *Carmine* differt, quia Versus solus est: *Carmen* verò significat modò vnũ versum, modò duos: modò plures, etiã totum poema, & dicitur carmen quasi canimen. Est igitur *Carmẽ* quicquid pedibus continetur. Significat etiam *Carmen* incantationem. Donatus.

V*erum* vide *Certum*.

Sunt qui velint V*estem* & V*estimentum* nihil differre. Alij verò ita distingunt, quod V*estis* generaliter dicatur. V*estimentum* verò particulariter: Alij dicunt V*estimenta* esse non modò lanea, linea, bombycina, serica, & etiã scortea, frondea, scirpea, palearia, & ex quacũq; materia facta sunt, ad corpus tegendum. Dicitur autem V*estis* teste Varrone, à Velando, id est tegendo, quod corpus velet, id est, tegat: vnde & inuestes imberbes dicimus.

Vetus vide *Antiquum.*

Vetuſtiſcere & *Veteraſcere* quid interſit, Nigidius(Figulus)cõmentator Grammaticus lib.10. deplanauit. Dicemus quæ vetuſtate deteriora ſunt *vetuſtiſcere*, *inueteraſcere*:quæ meliora. Non. Marcell.

Vicinia, vicorum coniunctio, *Vicinitas*, hominum conuerſatio eſt. Cornel. Front.

Videmus natura, *Spectamus* voluntate, *Intuemur* cura, *Aſpicimus* ex improuiſo. *Animaduertimus* animo, *Cernimus* oculis. Cornel. Front.

Vigor animi habet celationem, *Velocitas*, corporalis celeritas, *Vehementia* à vi, id eſt impetu mentis. Corn. Front.

Viſum ſemel, *Viſitatum* ſæpius eſſe ſcito. Corn. Front.

Viſus genere vtimur maſculino, cum de his loquimur, quibus videmus, vt ſi dicam, *Nubecula* obeſt viſibus meis: ſin neutro vtamur, ea quæ videntur, ſignificamus. Seruius.

Vitare vide *Videre.*

Sub

Sub vitem hastas iacere, dicitur veles, cum eas sub manu sursum mittit: *Sub vitem præliari* dicuntur milites, cum sub vinea militaturi pugnant: *Sub vineam iacere* dicuntur, cum astantibus centurionibus iacere coguntur sudes. S. Pompeius.

Vitiositas seu *Vitium* & *Malitia*, Differunt hæc Ciceroni in Tusculan. quæst. vt Genus & Species, Virtuti, inquit, cōtraria, vt est vitiositas. Sic enim malo quam malitiam appellare, quam Græci κακίαν vocant. Nam malitia certi cuiusdam vitij nomen est; (id est, significat fraudem, dolum malum, calliditatem): Vitiositas omnium. (id est, vitiositas idem est, quod peruersitas animi, quæ Græcis est κακία) Cicero pro Cluentio. Qui ea vitia quæ à natura habeat etiam studio atque artificio quodam malitię condiuisset. De Nat. Malitia est versuta & fallax nocendi ratio. Idem, Malitiosè facere, *mit böser list*, Subdolè. Ad Atti. Prudentiam malitia imitatur. Vetustilo-

quas malitias dixit idem de Orat. Recentiores tamen malitiam pro vitio turpitudinis seu labe, prauitate, morbóque animi accipiunt. Sic enim loquuntur. propria malitia homines impingunt, id est culpa & improbitate. Sed & Seneca summam bonitatem opposuit extremæ malitiæ.

Vittæ Sacerdotis sunt. *Laurus* verò etiam Imperatoris victoris. Seruius.

Vlcus, tecta & clausa est malignitas. Virgilius libro 3. Georg.

Quã siquis ferro potuit rescindere sũmũ
Vlceris os, alitur vitium, viuitq. tegẽdo.

Vulnus, hians & patens. Idem lib. 9. Æneid. Produxi, pressíve oculos, aut vulnera laui Veste tegens. Non. Marcel.

Vltimum vide *Nouissimum*.

Vltimus vide *Supremus*.

Vltio vindicat factum: *vindicta* vel *vindicatio* futura prohibet: Ideo Mars vltor non vindex dicitur. Corn. Front.

Vnà vide *Simul*.

Vniuersi vide *Omnes*.

Voluens

Voluens qui voluit, *volubilis*, qui voluitur. Seruius.

Vſus & *Abuſus* differũt, *vſus* generale eſt, vt hæc vſu pereunt: *Abuſus* ſpeciale. Ac Iureconſulti quidem abuſum propriè in iis conſtituunt, quæ vſu cõſumuntur, ſeu quorum vſus, in ipſa cõſumptione poſitus eſt, Græci vocant ἀπόχρησιν, germanicè *abnutzung*.

Vterque venit. *Vtrique* veniunt. Cicero Iubeo promi vtroſque, binos vt habeam. Agræt.

Vtile vide *Aptum*.

Vtimur fructibus rei, quæ ab amantibus ſaluo vſu nobis ſubminiſtratur. *Abutimur*, quando deperdimus rẽ & fructũ. *Vſui* eſt ager, domus: *Abuſui* vinum, oleum, & cætera huiuſmodi. Donat.

Vtrobique & *Vtrinque* differunt. *Vtrobique* peccatur, id eſt in vtroque duorum, vel in vtraque parte, *in beiden orthen, oder an beyden orthen, an beidre ſeitz*, *Vtrinque* peccatur, id eſt, ex vel ab vtraque parte, *Von beiden orthen*, *Von beiden parteyen*, *Vtroque*, veniemus, id eſt,

in vtrumque locum. Goclenius in obſeruat. Latinæ linguæ.

Vultus eſt voluntas, quæ pro motu animi in facie oſtenditur: *Facies*, ipſa oris ſpecies. Salluſtius in Catil. Prorſus in facie vultúque verecundia inerat. Non. Marcel.

Vultus propriè hominis: *Os* omnium, *Facies* plurium. Corn. Front.

X

Xylobalſamum vide *Balſamum*.

FINIS.





